

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Commentariorum Hieronymi in Matthaeum liber quartus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A cognoscentes, admirata sunt de doctrina & responsis illius. Supra diximus Sadduceos, nec angelum, nec spiritum nec resurrectionem corporum confidentes: animarum quoque interitum predicasse. Hi quinque tantum libros Moysi recipiebant, prophetarum uaticinia respuen-

tum David: quomodo David uocet eum dominum suum, non erroris incerto, nec propria uoluntate, sed in spiritu sancto. Testimonium autem quod posuit, de centesimo nono psalmo sumptum est. Dominus igitur David uocatur, non secundum id quod de eo natus est: sed iuxta

id quod natus ex patre semper fuit: patre ueniens ipsum carnis suae patrem. Iudaei ad deludendam interrogationis ueritatem friuola multa constringunt: uernaculum Abraham asserentes, cuius fuerit filius Damascus Eliezer, & ex ipsius persona scriptum psal-

d 224
VI

Gen. 14. c
15. c

mum: quod post eadem quinque regum, dominus deus domino suo dixerit Abraham: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

c 225

Quos interrogemus: quomodo deus dixerit Abraham ea quae sequuntur: Tecum principium in die uirtutis tuae in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Et iurauit do-

f 226

minus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec.

II

Et respondere cogamus, quomodo Abraham ante luciferum genitus sit, & sacerdos fuerit secundum ordinem Melchisedec: pro quo Melchisedec obtulerit panem & uinum, & a quo decimas praedae acceperit.

d 227

II

b 228

V

Et

nemo poterat ei respondere uerbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare &c.] pharisaei & Sadducei quarentes occasionem calumniae, & uerbum aliquod inuenire quod pateret in illis: quia in sermonibus confutati sunt: ultra non interrogant, sed apertissime comprehensum, Romanae tradunt potestati. Ex quo intelligimus uenena inuidiae posse quidem superari, sed difficile conquirere.

Cap. XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas &c.] Quid mansuetius, quid benignius domino? Tentatur a pharisaeis: confringuntur insidiae eorum, & secundum psalmistam: Sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum: & nihilo minus propter sacerdotum & nominis dignitatem: hortatur populos ut subiiciantur eis, non opera sed doctrinam considerantes. Quod autem ait: super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: per cathedram doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in psalmo: In cathedra pestilentiae non sedet, & cathedras uendentium columbas euerit: doctrinam debemus accipere. Al- ligant autem onera grauiora & importabilia, & imponunt in humeros &c.] Hoc generaliter aduersus omnes magistros qui grauiora iubent & minora non faciunt. Notandum autem quod & humeri & digitus & onera & uincula quibus alligantur onera, spiritualiter intelligenda sunt.

f 4 ¶ Omnia

deo, dicente uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuentium. Et audientes turbae, mirabantur de doctrina eius. Pharisaei autem audientes quod silentium impo-

suisset Sadduceis, conuenerunt in unum: & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta.



¶ Congregatis autem pharisaeis, interrogauit eos Iesus, dicens quid uobis uideatur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Cap. XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: omnia ergo quaecumque dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera grauiora & importabilia, & imponunt in humeros hominum,

digito

1. Cor. 4. 15

Corinthios Paulus apostolos exequitur. ¶ Pharisei audito &c.] Quod de Hero de & Pontio Pilato legimus in domini necesse fecisse concordiam: hoc etiam nunc de pharisaeis cernimus & Sadduceis, qui inter se contrarii sunt: sed ad tentandum Iesum pari mente consentiunt. Qui ergo iam supra in ostensione denarii fuerant confutati, & aduersae partis factio-

nem uiderant subrutam, debuerant exemplo moneri ne ultra molirentur insidias: sed maliuolentia & liuor nutrit impudentiam. Interrogat unus ex legis doctoribus, non scire desiderans, sed tentans, interrogatus nosset quod interrogabatur, quod sit maius mandatum: non de mandatis interrogans, sed quod sit primum magnumque mandatum: ut cum omnia quae deus mandauerit magna sint: quicquid ille responderit, occasionem habeat calumniandi: aliud asserens magnum esse de pluribus. Quicunque igitur nouit & interrogat non uoto discendi, sed studio cognoscendi, an nouerit ille qui responsurus est: in similitudinem pharisaeorum non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Matthaeum liber quartus.



¶ Congregatis &c.] Qui ad tentandum Iesum fuerant congregati, & ueritatem fraudulenta interrogatione capere nitentur: occasiorem praebuerunt confutationis suae. Interrogantur quod de Christo cuius filius sit. Interrogatio Iesu nobis praeficit uisum hodie contra Iudaeos. Et hi enim qui consentiunt Christo esse uenturum, hominem simplicem & sanctum uirum asserunt de genere David. Interrogemus ergo eos docti a domino: si simplex homo est, & filius tan-

Psalm. 63. b

A 4 ¶ Omnia uero opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus &c.] Quicumque igitur ita facit quodlibet, ut uideatur ab hominibus, scriba & pharisæus est. **b** ¶ Dilatant enim phylacteria sua &c.] Væ uobis miseris, ad quos pharisæorum uicia transierunt. Dominus cum de diffet mandata legis
e 229 per Moſen, ad extremum intulit: Ligabis
II ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præcepta mea ſint in manu tua, ut opere compleantur: ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc phariſæi male interpretantes: ſcribebant in membranis decalogū Moſi,
e 231 id eſt, decem uerba legis: complicantes ea
V & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes: ut ſemper ante oculos mouerentur: quod uſq; hodie Indi & Perſæ & Babylonij faciunt: &
f 232 q; hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iudicet. Iuſſerat q;
g 233 q; aliud Moſes: ut in quatuor angulis palliorū hyacinthinas ſimbrias faceret: ad Iſraelis populū dinoscendum: ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum Iudaicæ gentis daret: ita & uetiſtis haberet aliquā differentiam. Superſtitioſi magiſtri captantes auram popularē, atq; ex mulierculis ſciantes lucra, faciebant grādes ſimbrias: & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant: ut uidelicet ambulantes & ſedentes interdum pungerentur: & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia domini & miniſteria ſeruitutis eius. Quia ergo dixerat dominus: omnia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus: quod generaliter accuſat, nūc per partes diuidit: Piſtaciola illa decalogi, phylacteria uocabāt: quod quicumq; habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam & monumentum ſui haberet: non intelligentibus phariſæis quod hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notiā dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ, in paruulis euangelij & in crucis ligno, & iſtiusmodi rebus: quæ habēt quiddam zelū dei, ſed non iuxta ſcientiā, uſq; hodie faciūt: culicem liquantes & camelum glutientes. Iſtiusmodi erat ſimbria parua & breuis ex lege præcepta: quā & mulier illa quæ ſanguine fluebat, tetigit in pallio: ſed non eſt cōpuncta ſuperſtitioſis ſentibus phariſæorū, magisq; ſanata ad tactū eius. Cumq; ſuperflue dilatēt phylacteria, & magnas faciant ſimbrias, gloriā captantes ab hominibus: arguuntur in reliquis, cur quærāt primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & in publico gulam ſeſcētur & gloriā, & uocētur ab hominibus

rabbi, quod Latino ſermone magiſter dicitur. Deniq; ſequitur. **c** ¶ Vos autem nolite &c.] Nec magiſter, nec pater uocandus eſt alius: niſi deus pater, & dominus noſter Jeſus Chriſtus. Pater, quia ex ipſo ſunt omnia. Magiſter: quia per ipſum omnia: uel quoniā per diſpenſationem carnis eius omnes reconciliati ſumus deo. Quaritur quare aduerſum hoc præceptū, doctore gētiū Apoſtolus ſe eſſe dixerit: aut quomodo uulgato ſermone, maxime in Palaſtina & Aegypti monaſterijs ſe inuicem patres uocēt. Quod ſic ſoluit: Aliud eſſe natura patrem uel magiſtrum: aliud indulgentia. Nos ſi hominē patrē uocamus, honorē, tati deferimus: nō autore noſtræ oſtēdimus uitā. Magiſter quoq; dicit ex cōſortio ueri magiſtri. Et ne infinita replicet: quomodo unus per naturā deus & unus filius nō præiudicat cæteris ne per adoptionē dei uocentur & filij: ita & unus pater & magiſter nō præiudicat alijs, ut abuſue appellentur patres & magiſtri.

d ¶ Væ uobis &c.] Habentes ſcribæ & phariſæi legis prophetarūq; noticiam: ſciant Chriſtum eſſe filium dei: non ignorāt natum eſſe de uirgine: ſed dum prædam de ſubiecta ſibi plebe appetunt: nec ipſi introeunt regna cœlorum: nec eos qui poterant intrare permittunt. Hoc eſt quod in Oſee propheta arguit: Abſconderunt ſacerdotes uiam, interfecerunt Sicimā. Et rurſum: Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt dominus. Vel certe omnis magiſter qui ſcandalizat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnū cœlorum. **e** ¶ Væ uobis &c.] Non eo ſtudio ſeruamus quaſita quo quarimus. Scribæ & phariſæi totum luſtrantes orbem, propter negotiationes uel diuerſa lucra tam à diſcipulis captanda, quam per imaginem ſanctitatis, ſtudiū habebāt de gentibus facere proſelitum, id eſt aduenam. & incitumciſum miſcere populū dei. Sed qui ante dum eſſet ethnicus ſimpliciter errabat, & erat ſemel filius gehēnæ, uidens magiſtrorum uicia, & intelligens deſtruere eos opere, quod uerbis docebant, reuertitur ad uomitū ſuum: & gentilis factus quaſi prauaricator poena maiori dignus erit. Filius autem uocatur gehēnæ quomodo filius perditionis & filius huius ſeculi. Vnuſquiſq; enim cuius opera agit, eius filius appellatur. **f** ¶ Væ uobis cæci, quia dicitis: quicumq; iurauerit &c.] Supra ut nobis uiſum eſt expoſuimus quid ſignificaret traditio phariſæorum, dicentium: donum quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: nunc duplex & ad unā auariciæ ocaſionē trahēs phariſæorum

digito autem ſuo nolunt ea mouere. **c** Omnia uero opera ſua faciūt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificāt ſimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro: & uocari ab hominibus rabbi. **d** Vos autem nolite uocari rabbi: Vnus eſt enim magiſter ueſter: omnes autē uos fratres eſtis. Et patrē nolite uocare uobis ſuper terram: Vnus eſt enim pater ueſter, qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri: quia magiſter ueſter unus eſt, Chriſtus. **e** Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. **f** Væ autem uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnū cœlorum ante homines. Vos enim nō intraſtis: nec introeūtes ſinitis intrare. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia comeditis domus uiduarum, orationes longas orantes: propter hoc ampliùs accipietis iudiciū. **g** Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridā ut faciatis unum proſelytū: & cū fuerit factus, facitis eum filium gehēnæ duplo quā uos. Væ uobis duces cæci, quia dicitis: quicumq; iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt. Stulti & cæci, quid enim maius eſt: aurum, an templū quod ſanctificat aurum? Et quicumq; iurauerit in altari, nihil eſt: quicumq; autem iurauerit in donō quod eſt ſuper illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt: donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et quicumq; iurauerit in tēplo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno

tunt. Hoc eſt quod in Oſee propheta arguit: Abſconderunt ſacerdotes uiam, interfecerunt Sicimā. Et rurſum: Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt dominus. Vel certe omnis magiſter qui ſcandalizat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnū cœlorum. **e** ¶ Væ uobis &c.] Non eo ſtudio ſeruamus quaſita quo quarimus. Scribæ & phariſæi totum luſtrantes orbem, propter negotiationes uel diuerſa lucra tam à diſcipulis captanda, quam per imaginem ſanctitatis, ſtudiū habebāt de gentibus facere proſelitum, id eſt aduenam. & incitumciſum miſcere populū dei. Sed qui ante dum eſſet ethnicus ſimpliciter errabat, & erat ſemel filius gehēnæ, uidens magiſtrorum uicia, & intelligens deſtruere eos opere, quod uerbis docebant, reuertitur ad uomitū ſuum: & gentilis factus quaſi prauaricator poena maiori dignus erit. Filius autem uocatur gehēnæ quomodo filius perditionis & filius huius ſeculi. Vnuſquiſq; enim cuius opera agit, eius filius appellatur. **f** ¶ Væ uobis cæci, quia dicitis: quicumq; iurauerit &c.] Supra ut nobis uiſum eſt expoſuimus quid ſignificaret traditio phariſæorum, dicentium: donum quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: nunc duplex & ad unā auariciæ ocaſionē trahēs phariſæorum

A phariseorum traditio condemnatur: ut arguantur cuncta pro lucro facere, & non pro timore dei. Sicut enim in phylacterijs & fimbrijs dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriae querebat lucra: sic alia traditionis inuenta strophæ, impietatis arguit præceptores. Si quis in contentione seu in aliquo iurgio, uel in causâ ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iurasset in auro & pecunia, quæ in templo sacerdotibus offerebatur, statim id in quo iurauerat cogebatur exoluere. Rursus: si quis iurasset in altari, periurij reus nemo retinebat. Sin autem periurasset in oblationibus: hoc est in hostijs, in uictimjs & in similia, & ceteris quæ offeruntur deo super altare: hæc studioissime repetebantur. Arguit ergo eos dominus & stulticiæ & fraudulentiæ, quod multo maius sit templum quam aurum, quod sanctificatur à templo, & altare quod hostiæ, quæ sanctificantur ab altari. Totum autem faciebant, non ob dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem. **V** *Væ uobis &c.* Multa in lege præcepta sunt, quæ

Psal. 119. b psalmistam dicentem: Mandatum domini lucidum illuminans oculos: quæ statim opera desiderant. Verbi gratia. Non adulterabis: non furtum facies, non testimonium falsum dices &c. Pharisei autem, quia præceperat dominus, interim ut intellectus mysticos dimittamus, propter alimoniam sacerdotum & leuitarum, quorum pars erat dominus: omnium rerum offerens in templo decimas: hoc unum habebant studij: ut quæ iussa fuerant, cõporterentur: cetera quæ erant maiora, utrum quis faceret, an non, paruipendebant. Et ex hoc itaq; capitulo arguit eos auariciæ, quod studiose etiam uilium holerum decimas exigant: & iudicium in disceptatione negotiorum, misericordiamq; in pauperes, pupillos & uiduas, & fidem in deum, quæ magna sunt, prætermittant. **B** *Væ uobis &c.* Ducēs cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes &c.] Camelum puto esse secundum sensum præsentis loci, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & misericordiam, & fidem. Culicem autem decimas menthæ, anethi, & cymini, & reliquorum uilium holerum. Hæc cõtra præceptum dei, quæ magna sunt deuoramus atq; negligimus, & opinionem religiõis in paruis quæ lucrum habent, diligentiam demonstramus. **C** *Væ uobis scribæ &c.* Diuersis uerbis, eodẽ sensu quo supra arguit phariseos simulationis atq; mendacij, quod aliud ostendunt hominibus foris, aliud domi agant. Non quod in calice & paropsi de eorũ suppositio moraretur, sed quod foris hominib; ostenderet sanctitatẽ, in habitu, in sermone,

in phylacterijs, in fimbrijs, in orationũ longitudine, & ceteris huiusmodi: intrinsecus autem essent uitiorũ sordibus pleni. **D** *Væ uobis &c.* Quod in calice & paropsi demonstrat, eo quod foris loti essent, & intrinsecus sordidi: hoc nunc per exemplum sepulchrorum re-

plicat: quod quomodo sepulchra forinsecus lita sunt calce, & ornata marmoribus, & auro coloribusq; distincta: intus autem plena sunt ossibus mortuorum: sic & peruersi magistri, qui alia docent, & alia faciunt, mundiciæ habitu uersis, & uerborum humilitate demonstrant: intus autem pleni sunt omni spurcitiâ, auariciâ, & libidine. Denique manifestius hoc ipsum exprimit, inferens: Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisis & iniquitate. **M** *Væ uobis scribæ & pharisei, hypocritæ: quia edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non fuissetis socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis uobismetipsis: quia filij estis eorũ qui prophetas occiderunt.* Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? **I**deo ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigietis: & ex eis flagellabitis in synagogis

gogis: ex eo quod ambitiose & magnifice ædificant memorias occisorum, quos à patribus suis esse iugulatos non negant. **F** *Et uos implete mensuram &c.* Probato superioribus dictis quod filij essent homicidarum, & eorum qui prophetas occidissent: nunc cõcludit quod uoluerat, & quali extremâ syllogismi partem ponit. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Quod illis defuit, uos adimplete. Illi interfecerunt seruos: uos dominum crucifigite. Illi prophetas: uos eum qui à prophetis prædicatus est. **G** *Serpentes, genimina uiperarum, &c.* Hoc ipsum & Ioannes baptista dixerat. Sicut ergo de uiperis nascuntur uiperæ: sic de homicidis patribus, uos, inquit, nati estis homicidæ. **H** *Ideo ecce &c.* Hoc quod antea dixeramus: implete mensuram patrum uestrorum: ad personam domini pertinere, eo quod occidendus esset ab eis: potest & ad discipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigietis, & flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut impleatis mensuram patrum uestrorum. Simulq; obserua iuxta Apostolum scribentem ad Corinth. uaria esse dona discipulorum Christi. Alios prophetas, qui uentura prædicant. Alios sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonem. Alios scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus: Paulus occisus, crucifixus Petrus: flagellati in Actibus apostolorum discipuli, & persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem: expellentes de Iudæa, ut ad gentium populum transmigrarent.

C *Væ uobis scribæ & pharisei, hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & inmundiciâ.* Phariseæ cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis: ut fiat & id quod de foris est mundum. **V** *Væ uobis scribæ & pharisei hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiâ.* Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisis & iniquitate. **I** *Væ uobis &c.* Prudentissimo syllogismo coarguit eos filios esse homicidarum: dũ ipsi opinione bonitatis & gloria in populos, sepulchra ædificant prophetarum quos maiores eorum interfecerunt, & dicunt: Si fuissetis tempore illo, non fecissetis ea quæ fecerunt patres nostri. Hoc autem etiam si sermone non dicant, opere loquuntur: ex eo quod ambitiose & magnifice ædificant memorias occisorum, quos à patribus suis esse iugulatos non negant. **F** *Et uos implete mensuram &c.* Probato superioribus dictis quod filij essent homicidarum, & eorum qui prophetas occidissent: nunc cõcludit quod uoluerat, & quali extremâ syllogismi partem ponit. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Quod illis defuit, uos adimplete. Illi interfecerunt seruos: uos dominum crucifigite. Illi prophetas: uos eum qui à prophetis prædicatus est. **G** *Serpentes, genimina uiperarum, &c.* Hoc ipsum & Ioannes baptista dixerat. Sicut ergo de uiperis nascuntur uiperæ: sic de homicidis patribus, uos, inquit, nati estis homicidæ. **H** *Ideo ecce &c.* Hoc quod antea dixeramus: implete mensuram patrum uestrorum: ad personam domini pertinere, eo quod occidendus esset ab eis: potest & ad discipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigietis, & flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut impleatis mensuram patrum uestrorum. Simulq; obserua iuxta Apostolum scribentem ad Corinth. uaria esse dona discipulorum Christi. Alios prophetas, qui uentura prædicant. Alios sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonem. Alios scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus: Paulus occisus, crucifixus Petrus: flagellati in Actibus apostolorum discipuli, & persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem: expellentes de Iudæa, ut ad gentium populum transmigrarent.

Luc. 3. b

1. Cor. 7. b

¶ Vt

A ¶ *Vt ueniat super uos &c.* De Abel nulla est ambiguitas, quin is sit quem Cain frater eius occiderit. Iustus autem non solum ex domini nunc sententia, sed ex Genesis testimonio comprobatur: ubi accepta eius a deo narrantur munera. Quærimus quis iste sit Zacharias

Gen. 4.4 filius Barachia: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas additum est: quæ occidistis inter templum & altare.

P 241 **V** In diuersis diuersa legi, & debeo singulorum opiniones ponere. Alij Zachariam filium Barachia dicunt, qui in duodecim prophetis undecim⁹ est: patrisq; in eo nomen consentiat: sed ubi occisus sit inter templum & altare, scriptura non loquitur: maxime cum temporibus eius uix ruina templi fuerint.

A 242 **II** Alij Zachariam, patrem Ioannis intelligi uolunt: ex quibusdā apocryphorum scriptis approbantes,

B 243 **II** quod propterea occisus sit: quia saluatoris prædicari aduentum. Hoc quia de scripturis non habet auctoritatem: eadem facilitate contemnitur, quæ probatur. Alij iustum

2. Paral. 24.6

uolunt esse Zachariam, qui occisus est à Ioas rege Iudæ inter templum & altare, sicut Regum narrat historia. Sed obseruandum, quod ille Zacharias non sit filius Barachia, sed filius Ioiadæ sacerdotis. Unde & scriptura refert: Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quia si ibi fecisset bona. Cum ergo & Zachariam teneamus, & occisionis consentiat locus: quærimus quare Barachia dicatur filius, & non Ioiadæ: Barachia lingua nostra, benedictus domini dicitur, & sacerdotis Ioiadæ iusticia, Hebræo nomine demonstratur. In euangelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachia, filium Ioiadæ reperiunt scriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris: siue in portarum exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes, Zacharia sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Iudæorum, & fidei pietate descendit. Dicamus breuiter quare sanguis Abel iusti, usq; ad Zachariam filium Barachia ab illa generatione requiratur, cum neutrum eorum occiderit. Regula scripturarum est, duas generationes bonorum & malorum nosse, hoc est, singulorum singulas. De bonis sumamus exempla: Quis ascendit in montem domini: aut quis requiescet in monte sancto eius: cumq; plures qui ascensuri sunt in montem domini descripsisset, qui diuersis fuere ætatibus: postea infert: Hæc est generatio quærentium dominum: quærentium faciem dei Iacob. Et in alio loco de omnibus sanctis: Generatio iustorum benedicetur. De malis uero, ut in presenti loco: Generatio uiperarum. Et: Requirentur omnia à generatione ista. Et in Ezechiel cum peccata terræ descripsisset, sermo propheticus adiecit: Si Noe, & Iob, & Daniel ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terræ illi: Omnes iustos qui similes forent uirtutibus eorum, per Noe & Iob & Daniel, uolens intelligi. Ergo & isti qui similia

Psal. 23.4

Psal. 111.4

Ezech. 14.6

gogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitate: ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zacharia filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis: uenient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis: non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini. **Cap. XXIII.**

Egressus Iesus de templo ibat: Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis: non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod signum aduentus tui & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim ueniunt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducunt

Cain & Ioas contra apostolos gesserint, de una generatione esse referuntur. b ¶ Hierusalem, Hierusalem &c.] Hierusalem, non saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quæ patris plāgit affectu: sicut & in alio loco legimus quod uidens eam fleuerit. In eo autem quod dicit: **Luc. 19.**

quotiens uolui congregare filios tuos: omnes retro prophetas à se missos esse testatur. Gallina quoque similitudinem congregantis sub alas pullos suos, in cantico Deuteronomij legimus: Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos desiderauit: expandens alas suas suscepit eos: & tulit super pennas suas. c ¶ Ecce relinquetur uobis &c.] Hoc ipsum ex perloana Hieremia iam ante dixerat: Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meam: facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyenæ. Desertam Iudæorum domum, id est templum illud quod fulgebat angustius, oculis comprobamus: quia habitatorem Christum perdidit, & hereditatem præripere gestiēs, occidit heredem. d ¶ Di-

co enim uobis: non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini &c.] Ad Hierusalem loquitur, & ad populum Iudæorum. Versiculum autem istum, quo & paruuli atq; lactētes ingressu Hierusalem domini saluatoris usi sunt: quando dixerunt: Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis: sumpsit de CXXVII. psalmo: qui manifeste de aduentu domini scriptus est. Et quod dicit, hoc uult intelligi: Nisi poenitentia egeritis, & confessi fueritis ipsum me esse, de quo propheta cecinerunt, filium omnipotentis patris: meam faciem non uidebitis. Habent Iudæi datum sibi tempus poenitentiae: consueuant benedictum qui uenit in nomine domini, & Christi ora conspiciunt. **Cap. XXIII.**

Egressus Iesus &c.] Iuxta historiam manifestus est sensus. Recedente autem domino de templo: omnia legis ædificia, & compositio mandatorum ita destructa est: ut nihil à Iudæis possit impleri, & capite sublato, uniuersa inter se membra cōpugnent. f ¶ Sedente autem.] Sedit in monte oliueti, ubi uerum lumen scientiæ nascēbatur, & accedūt ad eum discipuli secreto: qui mysteria, & futurorum reuelationem nosse cupiebant: & interrogant tria: Quo tempore Hierusalem destruenda sit: quo uenturus Christus: quo consummatio seculi futura sit. g ¶ Multi enim ueniunt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducunt &c.] Quorum unus est Simon Samaritanus: quem in actibus apostolorum legimus: qui se magnam dicebat esse dei uirtutem: hæc quoque inter cetera in suis uoluminibus scripta dimittēs: Ego sum sermo dei, ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei. Sed & Ioannes apostolus in epistola sua loquitur: Audistis, quia antichristus uenturus est: nunc autem antichristi multi sunt. Ego reor omnes

A oēs haresarchas, antichristos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ contraria sunt Christo. Nec mirum si aliquos ab his uideamus seduci, cum dominus dixerit: Et multos seducet. **a** ¶ Audituri enim estis praelia & opiniones praeliorum, uidete ne turbemini. Oportet enim

nim hac fieri: sed nondum est finis &c.] Cum hac igitur fieri uiderimus, non putemus diem instare iudicii: sed in tempus aliud referuari: cuius signum perspicue in cōsequētibz ponitur.

b ¶ Consurget enim gens contra gentem: & regnum in regnū, & erunt pestilentiae, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum &c.] Non ambigo & hæc quidē iuxta litteram futura quæ scripta sunt: sed mihi uidetur regnū contra regnum, & pestilentia eorum quorum sermo serpit ut cancer, & fames audiendi uerbum dei, & commotio uniuersæ terræ, & a uera fide separatio, in hæreticis magis intelligi: qui

c contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ uicioria faciunt. Quod autem dixit: Hæc autem omnia initia sunt dolorum: melius transferatur parturitionū:

ut quasi conceptus quidā aduentus antichristi, non parat intelligatur. **c** ¶ Tunc tradent uos &c.] Per apostolos omnium credendum persona signatur: non quo eo tempore apostoli in corpore reperiendi sint. **d** ¶ Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum &c.] Non omnium negauit fidem, sed multorum. Multi enim uocati, pauci uero electi. Nam in apostolis & similibus eorum permāsura est charitas: de qua scriptum est: Aqua multa non poterūt extinguere charitatem. Et ipse Paulus: Quis nos separabit a charitate Christi: tribulatio, an angustia, an fames, & reliqua. **e** ¶ Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe.] Signum dominici aduentus, est euangelium in toto orbe prædicari: ut nullus sit excusabilis: quod aut iam complerum, aut in breui cernimus esse complendum. Non enim puto aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorē: tamen ex uicinis nationibus, opinionem fidei nō potest ignorare. **f** ¶ Cum ergo uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta &c.] Quando ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstratur esse quod dictū est. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium & libamina: & in templo abominatio desolationum erit usque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem. De hoc & Apostolus loquitur: quod homo iniquitatis & aduersarius eleuatus sit contra omne quod dicitur deus & colitur: ita ut audeat stare in templo dei, & ostendere quod ipse sit deus: cuius aduentus secundum operationem satanæ destruat eos,

& ad dei solitudinē redigat, qui se susceperint. Potest autem simpliciter aut de antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Hadriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorū loco usque in præsentem diem stetit. Abominatio quoque secundum

ueterem scripturam, idolum nuncupatur, & idcirco additur desolationis: quod in desolato templo atque destructo, idolum positum sit. **g** ¶ Tūc hi qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendant &c.] Abominatio desolationis intelligi potest, & omne dogma peruersum: quod cū uiderimus stare in loco sancto, hoc est, in ecclesia, & se ostendere deum: debemus fugere de Iudæa ad montes: hoc est, dimissa occidente littera & Iudaica prauitate, appropinquare montibus æternis: de quibus illuminat mirabiliter deus: & esse in tecto & in domate, quo nō possint ignita diaboli iacula peruenire: nec descendere & tollere aliquid de domo conuersationis pristinae: nec quærere quæ retrorsum sunt: sed magis ferere in agro spiritualium scripturarum, ut fru-

Tunc etus capiamus ex eo. Nec tollere alteram tunicā, quam apostoli habere prohibentur. De hoc loco, id est de abominatione desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stante in loco sancto: multa Porphyrius tertio decimo operis sui uolumine contra nos blasphemauit: cui Eusebius Cæsariensis episcopus, tribus respondit uoluminibus, decimo octauo, decimo nono, & uicesimo. Apollinaris quoque scripsit plenissime: superflueque conatus est uno capitulo uelle differere, de quo tantis uersuum milibus disputatum est. **h** ¶ Væ autē pręgnantibus &c.] Væ illis animabus, quæ non in perfectum uirum sua genimina perduxerunt: sed initia habent fidei, ut enutritione indigeant magis rorū. Hoc quoque dici potest, quod in persecutione antichristi, seu Romanæ captiuitatis, pręgnantes & nutriendes uteri, & filiorum sarcina pręgrauati, expeditā fugam habere non quierint. **i** ¶ Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme uel sabbato &c.] Si de captiuitate Hierusalē uoluerimus accipere, quādo à Tito & Vespasiano capta est: orare debet, ne fuga eorum hyeme uel sabbato fiat: quia in altero duricia frigoris prohibet ad solitudines pergere: & in montibus desertisque latitare: In altero, aut transgressio legis est, si fugere uoluerint: aut mors imminens, si remanserint. Si autem de consummatione mundi intelligitur: hoc præcipit, ut non refrigescat fides nostra & in Christum charitas, neque ut ociosi in opere dei torpeamus uirtutū sabbato. **k** ¶ Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro: sed propter electos &c.] Abbreviatos dies, nō secundū dellyramenia quorundā, qui putant temporū momenta mutari: nec recordantur illius scripti: Ordinatione tua permanet

Cent. 8. e
Rom. 8. g

Dan. 9. g

1. Th. 2. 4

c 244

d 245

e 246

VI

f 247

VI

g 148

II

h 249

II

i 250

VI

k 251

II

l 252

II

A permanet dies: sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus id est abbreviatos non mensura, sed numero: ut quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nunc abbreviati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutatur credentium.

a ¶ Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic Christus aut illic, nolite credere. Multi captiuitatis Iudaicae tempore principes extiterunt, qui Christos esse se dicerent: tantum ut obsidentibus Romanis, tres intus fuerint factiões. Sed melius de consummatione mundi intelligitur. b ¶ Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errore inducantur &c.]

II Tripliciter ut ante iā dixi, locus hic discretus est: aut de tempore obsidionis Romanæ: aut de consummatione mundi: aut de hæreticorum contra ecclesiam pugna, & istiusmodi antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra

B Christum dimicant.

c ¶ Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce

in penetralibus, nolite credere &c.] Si quis promiserit uobis

quod in deserto gentium & philosophorum dogmate

Christus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, qui dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: siue quia persecutionis & angustiarum tempore semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum: si quis sub nomine Christi se iactare uoluerit, non statim accomodate fidem. d ¶ Sicut enim fulgur exit ab oriente, & pariet usque in occidentem: ita erit & aduentus filii hominis &c.] Nolite exire: nolite credere, quod filius hominis uel in deserto gentium sit, uel in penetralibus hæreticorum: sed quod ab oriente usque in occidentem, fides eius in catholicis ecclesiis fulgeat. Hoc quoque dicendum, quod secundus saluatoris aduentus non in humilitate ut prius, sed in gloria demonstrandus sit. Stultum est itaque eum in paruo loco uel abscondito querere, qui totius mundi lumen sit. e ¶ Vbi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ &c.] De exemplo naturali quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilæ & uultures etiam trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad æscam huiusmodi congregari. Si ergo irrationalibiles uolucres naturali sensu tantis terrarum spatiis, & maris fluctibus separata, paruū cadauer sentiunt ubi iaceat: quanto magis nos, & omnis multitudo credentium debet festinare ad eum, cuius fulgur exit ab oriente, & pariet usque ad occidentem: Possumus autem corpus, id est, quod significantius Latine dicitur cadauer, ab eo quod per mortem cadat, passionem Christi intelligere: ad quā prouocamur: ut ubi cumque in scripturis legitur, congregemur, & per illā uenire possimus ad uerbum dei: ut est illud: Foderunt manus meas & pe-

des meos. Et in Esaia: Sicut ouis ad uictimam ductus: & cetera his similia. Aquilæ autem appellantur sancti, quibus innouata est iuuentus ut aquilæ, & qui iuxta Esaiam plumescunt, & assumunt alas, ut ad Christi ueniant passionem. f ¶ Statim aut post tribulationem dierum illorum sol ob-

scurabit, & luna non dabit &c.] Sol & luna obscurabuntur, & non dabunt lumen suum, & cetera asira cadent de celo: uirtutesque celorum commouebuntur, non diminutione luminis: Alioquin legimus solem septuplum habiturum luminis: sed ad comparationem ueræ lucis omnia uisui tenebrosa sint. Si itaque iste sol qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ secundum est luminare, & stellæ quæ ad solatium nostris accensæ sunt: omnesque uirtutes, quas angelorum multitudines intelligimus, in aduentu Christi in tenebras reputabuntur: decutiantur supercilii eorum: qui se sanctos arbitantes, præsentiam iudicis non formidant. g ¶ Et tunc parebit signum filii hominis in celo &c.] Signum hic, aut crucis intelligamus: ut uideant, iuxta Zachariam

et Ioannem, Iudæi quem compunxerunt: aut uexillum uictoriæ triumphantis. h ¶ Et tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis &c.] Plangent hi qui municipatum non habuere in celis, sed scripti sunt in terra. i ¶ Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius &c.] De hac tuba & Apostolus loquitur, & in Apocalypsi Ioannis legimus, & in ueteri testamento, tubæ ductiles ex argento, & ære argentoque, fieri præcipiuntur: ut sublimia doctrinarum resonent sacramenta. k ¶ Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas &c.] Sub exemplo arboris, docuit consummationis aduentum. Quomodo, inquit, quando teneres fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexque folia paruerit, intelligitis æstatis aduentum, & Fauonij ac uentis introitum: Ita cum hæc omnia quæ scripta sunt, uideritis: nolite putare iam adesse consummationem mundi, sed quasi proœmia & præcursores quosdam uenire: ut ostendat quod propè sit & in ianuis. l ¶ Amen dico uobis: quia non præteribit generatio hæc, &c.] Supra diximus generationes bonorum & e contrario malorum esse singulas. Igitur aut omne genus hominum significat, aut specialiter Iudæorum. m ¶ Cælum & terra transibunt. Cælum & terra transibunt immutatione, non abolitione sui: alioquin quomodo sol obscurabit, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent: si cælum in quo ista sunt, terraque non fuerit. n ¶ De die autem illa & hora &c.] In quibusdam Latinis codicibus additum est, neque filius: cum in Græcis, & maxime Adamantij & Pierij exemplaribus

Aribus hoc non habeatur ascriptum: sed quia in nonnul-
lis legitur, differendum uidetur. Gaudet Arius & Euno-
mius: quasi ignorantia magistri, gloria discipulorum sit,
& dicunt: Non potest aequalis esse qui nouit & qui igno-
rat. Contra quos breuiter ista dicenda sunt: cum omnia

tempora fecerit Iesus,
hoc est, uerbum dei:
Omnia enim per ipsum
facta sunt, & sine ipso
factum est nihil: In om-
nibus autem tem-
poribus, etiam dies iu-
dicii sit: quia consequen-
tia potest eius ignora-
re partem, cuius to-
tum nouerit: Hoc quoque
dicendum est: Quid
est maius, noticia pa-
tris: an iudicii? Si ma-
ius nouit, quomodo
ignorat quod minus
est? Scriptum legimus:

LUC. 10. 6 Omnia quae patris
sunt, mihi tradita sunt.
Si omnia patris filij
sunt, quia ratione uni-
sibi diei noticiam re-
seruauit, & noluit ea
communicare cum fi-
lio: Sed & hoc inferen-
dum: Si nouissimum
diem temporum igno-
rat, ignorat & penes ul-
timum & retrorsum
omnes. Non enim po-

Btest fieri: ut qui pri-
mum ignorat, sciat
quid secundum sit. Igi-
tur quia probauimus
non ignorare filium
consummationis die,
causa reddenda est cur

Col. 2. 4 ignorare dicatur. A-

postolus super salua-

Aff. 1. 4 tore scribit: In quo sunt omnes thesauri sapientiae &

scientiae absconditi. Sunt ergo omnes thesauri in Chri-

sto sapientiae & scientiae: sed absconditi sunt. Quare ab-

scconditi sunt: Post resurrectionem interrogatus ab apo-

stolis, de die manifestus respondit. Non est uestrum

scire tempora uel momenta, quae pater posuit in sua po-

testate. Quando dicit, non est uestrum scire, ostendit quod

ipse sciat: sed non expediat nosse apostolis: ut semper in-

certi de aduentu iudicis, sic quotidie uiuant, quasi die

alia iudicandi sint. Denique & consequens euangelij sermo

id ipsum cogit intelligi: dicens quoque patrem solum nosse,

in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij

nomen est. **a** ¶ Sicut autem in diebus Noe, ita erit &

aduentus filij hominis. Sicut enim &c.] Quaritur quo

modo supra scriptum sit: Surget enim gens contra gen-

tem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiae, & fa-

mes, & terramotus, & nunc ea futura memorentur quae

pacis indicia sunt. Sed existimandum iuxta Apostolum,

quod post pugnas, & dissensiones, pestilentias, & fames,

& terramotus, & cetera quibus genius uastatur huma-

num: breui subsequutura sit pax, quae quiesca omnia repro-

mittat, ut fides credentium comprobetur, utrum trans-

itis malis sperent iudicem esse uenturum. Hoc est enim

quod in Paulo legimus: Quando dixerint, pax & securi-

tas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor

parturientis, & non effugient. **b** ¶ Tunc duo erunt in

agro: unus assumetur, & unus relinquetur &c.] Tunc,

inquit, duo erunt in agro, quando tempore uidelicet con-

summationis atque iudicii, duo in agro pariter inuenien-
tur eundem habentes laborem, & quasi parem semen,
tem, sed fructus laboris non aequae recipientes. Duae quoque
molentes simul erunt: una assumetur, & una relinquetur.
In duobus qui in agro commorantur, & in duabus quae
pariter molunt: uel
synagogam intellige
& ecclesiam, quod si
mul molere uideatur
in lege, & de eisdem scri-
pturis farinam terere
praepceptorum dei: uel
ceteras haerese, quae
de utroque testamento
aut de altero uiden-
tur molere farinam do-
ctrinarum suarum:
& cum unum nomi-
nis Christiani propo-
situm habeant, non ean-
dem mercedem reci-
pient, alijs assumptis
& alijs derelictis.
c ¶ Vigilate ergo: quia
nescitis qua hora do-
minus uester uentu-
rus sit &c.] Per spi-
cuae ostendit, quare su-
pra dixerit: De die au-
tem illa & hora nemo
scit: neque filius homi-
nis, neque angeli, nisi
pater solus: quod non
expediat scire aposto-
lis: ut pendula expe-
ctationis incerto, sem-
per eum credant esse
uenturum, quem igno-
rant quando uenturus
sit. Et non dixit: quia
nescimus qua hora
uenturus sit dominus,
sed nescitis. Prami-
sorum quoque patris familias

Cap. XXV.

Tunc

exemplo, cur reticeat consummationis diem, manife-
stus docet dicens. **d** ¶ Ideo & uos estote parati: quia
nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quis pu-
tas est fidelis seruus & prudens, quem constituit &c.]
Plenius inculcat & replicat: quare de die consummatio-
nis & hora, nec angelos coelorum scire praedixerit, sed
solum patrem, quod non expediat scire apostolis: & ex-
emplum patris familias, hoc est, sui & fidelium seruorum,
id est apostolorum ad cohortationem sollicitae mentis
interferit: ut spe praemiorum ministrent consensum in tem-
pore suo cibaria doctrinarum. **e** ¶ Si autem dixerit ma-
lus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus
uenire, & coeperit percutere conseruos: manducet au-
tem & bibat cum ebrijs &c.] Ex superioribus pendet
quod sicut sollicitus seruus & semper aduentum domi-
ni praestolans, tradit conseruis cibaria in tempore suo,
& postea super omnia bona patris familias constituitur:
ita econtrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora
longa fiet istud, & non putat dominum cito esse uentu-
rum: factus securior, uacat epulis atque luxuria, & non le-
nem patris familias, sed seuerissimum sentiet iudicem.
f ¶ Veniet dominus serui illius in die qua non sperat,
& hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius po-
net cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium.]
Hoc ipsum docet: ut sciant quando non putatur domi-
nus tunc eum esse uenturum, & uigilantia ac sollicitudi-
nis dispensatores admonet. Porro quod dicit, diuidet
eum: non quo gladio eum dissecet, sed quo a sanctorum
consortio

C

261

V

262

V

263

VI

264

II

265

V

266

V

267

V

D

g

consortio

A consortio eum separet, & partem eius ponat cum hypocritis: cum his uidelicet qui erant in agro, & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt. Sape diximus hypocritam aliud esse, aliud ostendere: sicut & in agro & in mole la idem uidebatur facere quod ecclesiasticus uir: sed exitus diuersæ uoluntatis apparuit.

Cap. XXV

268

X

Tunc simile erit regnum celorum &c.] Hanc parabolam, id est, similitudinem decem uirginum fatuarum atque prudentium, quidam simpliciter in uirginibus interpretantur: quarum alia iuxta Apostolum, & corpore & mente sunt uirgines: Alia uirginitatem tantum corporum reseruant: uel cætera opera non habent proposita suo similia: uel parum custodiam reseruant, nihilominus mente nupserunt. Sed mihi uidetur ex superioribus alius sensus esse qui dicitur, & non ad uirginalia corpora, sed ad omne hominum genus comparatio pertinere. Sicut enim duo in agro, & duæ molentes, duos significant populos, Christianorum & Iudeorum, siue sanctorum & peccatorum: qui in ecclesia constituti, uidentur quidem & ipsi arare & molere, sed cuncta in hypocriti faciunt: sic & nunc decem uirgines omnes homines complectuntur: qui uidentur deo credere, & applaudunt sibi in scripturis sanctis, tam ecclesiasticos quam Iudeos atque hereticos. Qui idcirco omnes uirgines appellantur: quia gloriantur in unius dei noticia, & mens eorum idololatriæ turbine non constupratur. Oleum habent uirgines, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ uidentur simili quidem fide dominum cõfiteri, sed uirtutum opera negligunt. Possumus quinque uirgines sapientes & stultas, quinque sensus interpretari: quorum alij festinant ad cœlestia, & superna desiderant: alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent ueritatis, quibus sua corda illuminent. De uisu & auditu & tactu spiritualiter dictum est: Quod uidimus, quod audiuius, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ palpare. De gustu: Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. De odoratu: In odorem unguentorum tuorum currimus. Et: Christi bonus odor sumus. **b** Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt &c.] Non enim parum temporis inter priorem & secundum aduentum domini prætergreditur. Omnes dormitauerunt, id est, mortuæ sunt: quia sanctorum mors, somnus appellatur. Consequenter autem dicitur, dormierunt: quia postea suscitandæ sunt. **c** Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei &c.] Subito enim quasi intēpesta nocte & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum, Christi resonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forsitan lectori utile sit. Tractatio Iudeorum est, Christum media nocte uenturum in similitudinem Aegyptij temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator uenit, & dominus super tabernacula transiit, & sanguine agni

Psal. 33. b

Cant. 1. a

1. Cor. 2. d

Tunc simile erit regnum celorum decem uirginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis: ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico uobis, nescio uos. Vigilate itaque, quia nescitis diem

neque

postes nostrarum frontium consecrati sunt: Vnde reor & traditionem apostolicam permanisse: ut in die uigiliarum paschæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festi cunctis agentibus diem.

Vnde & psalmista dicebat: Media nocte surgebā ad confitendum tibi super iudicia iustificatiōis tuæ. **d** Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ: & ornauerunt lampades suas &c.] Omnes uirgines surrexerunt & ornauerunt unaquæque lampades suas, id est sensus, in quibus oleum scientiæ recipiebant: ut haberent opera uirtutis, quæ ante uerum iudicem refulgerent. **e** Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostræ extinguntur &c.] Quæ lampades suas queruntur extingui, ostendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indefectibile.

ens, nec opera perpetua. Si quis igitur habet animam uirginalem, & amator est pudicitiae, non debet mediocribus esse contentus, quæ cito exolescunt, & exorto calore arescunt: sed perfectas uirtutes sequatur, ut lumen habeat sempiternum. **f** Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis &c.] Hoc non de auaricia, sed de timore respondent. Unusquisque enim pro operibus suis mercedem recipiet: neque possunt in die iudicii aliorum uirtutes, aliorum uitia subleuare. Et quomodo tempore Babylonis captiuitatis, Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum: Ne ora ueris pro populo isto: sic formidolosa erit illa dies, cum unusquisque pro semetipso sollicitus erit. **g** Ite potius ad uendentes & emite uobis &c.] Venditur hoc oleum & multo emitur precio, ac difficili labore conquirunt: quod in elemosynis cunctisque uirtutibus & consiliis intelligimus magistrorum. **h** Dum autem irent emere, uenit sponsus &c.] Dant quidem quasi prudentes consilium, quod non debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere: uerum quia iam emendi tempus excesserat: & adueniente iudicii die, locus non erat poenitentiae: psalmista dicente: In inferno autem quis constabitur tibi: non noua opera parare, sed præteritorum coguntur rationem exoluere. **i** Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo &c.] Post iudicii diem, bonorum operum, & iusticiæ occasio non relinquetur. **k** Nouissime ueniunt & reliquæ uirgines &c.] Egregia quidem in domini appellatione confessio: idemque repetitum, indicium fidei est. Sed quid prodest uoce inuocare, quem operibus neges? **l** Ac ille respondens, ait: Amen dico uobis &c.] Nouit dominus eos qui eius sunt, & qui ignorat, ignorabitur: Nescit dominus operarios iniquitatis, & licet uirgines sint, & secundum duplicem intelligentiam de corporis puritate, & de confessione ueræ gloriantur fidei: tamen quia oleum non habent scientiæ, sufficit eis pro poena quod ignorantur a sponso. **m** Vigilate itaque: quia nescitis diem. Prudentem semper admoneo lectorem: ut non superstitiosus

A stolis acquiescat interpretationib. & quæ comatice pro
fingentium dicuntur arbitrio sed consideret priora, me-
dia, & sequentia, & nesciat sibi uniuersa quæ scripta sunt.
Ex hoc ergo quod infert: Vigilate, quia nescitis diē neq;
horam: intelliguntur uniuersa quæ dixit: id est de duo-

bus qui in agro sunt,
& de duabus molen-
tibus, & de patrefami-
liis qui seruo suo cre-
didit substantiam, &
de decē uirginibus,
ideo parabolas esse
præmissas: ut quia igno-
ramus omnes iudicij
diem, solliciti nobis
lumen bonorū ope-
rum præparemus: ne
dum ignoramus, iu-
dex ueniat. a ¶ Si-

cut enim homo &c.] Homo iste paterfami-
liis, haud dubium
quin Christ⁹ sit: qui
ad patrem post resur-
rectionē uictor ascen-
dens, uocatis aposto-
lis, doctrinam euan-
gelicam tradidit: non
pro largitate & parci-
tate alteri plus, & alte-
ri minus tribuēs, sed
pro accipientium ui-
ribus: quomodo &

1. Cor. 3. 4. Apostolus eos qui so-
lidum cibum capere

B non poterāt, lacte po-
tasse se dicit. Deniq;
& illū qui de quinque
talentis, decem fece-
rat, & qui de duobus
quatuor, simili rece-
pit gaudio: non consi-
derans lueri magni-
tudinē, sed studij uo-
luntatem. In quinque
& duobus & uno ta-
lento: uel diuersas gra-
tias intelligam⁹: quæ
unicuique traditæ sūt.
Vel in primo, omnes

sensus examinatos: In secundo, intelligentiam & opera:
In tercio, rationem, qua homines à bestiis separamur.

b ¶ Abiit autē qui quinque talenta acceperat &c.] Acce-
ptis terrenis sensibus, coelestium sibi noticiam duplica-
uit, ex creaturis intelligens creatorem: ex corporalibus,
incorporalia: ex uisibilibus inuisibilia: ex breuibus, æ-
terna. c ¶ Similiter qui duo acceperat &c.] Et iste pro
uiribus quicquid in lege didicerat, in euangelio duplica-
uit: Siue scientiam & opera præsentis uitæ, futura beati-
tudinis typos intellexit. d ¶ Qui autem unum &c.]

Nequam seruus terrenis operibus & seculi uoluptate,
dei præcepta neglexit & polliuit: quanquam in alio euan-
gelista scriptum sit, quod in sudario ligauerit: id est, do-
ctrinā patrisfamilias molliter & delicate uiuendo ener-
uauit. e ¶ Post multum uero temporis &c.] Grande

Luc. 19. d tempus est inter ascensionem saluatoris, & secundū eius
aduertum. Si autem apostoli reddituri sunt rationem, &
sub metu iudicis surrecturi, quid nos oportet facere?

f ¶ Ait illi dominus eius: &c.] Vtrique seruo (ut ante iā
dixi) & q de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duob.
quatuor: idem patrisfamilias sermo blanditur. Et notan-
dum quod omnia quæ in præsentī habemus, licet ma-

gna uideantur & plurima: tamen comparatione futuro
rum, parua & pauca sunt. Intra, inquit, in gaudium do-
mini tui: & suscipe quæ nec oculus uidit, nec auris audi-
uit, nec in cor hominis ascenderunt. Quid autem potest
maius dari fideli seruo, q̄ esse cū domino, & uidere gau-

dium domini sui?

g ¶ Accedēs autem b 269

&c.] Vere quod scri- II

ptum est: Ad excusan- c 270

das excusationes in V

peccatis: etiam huic

seruo contigit, ut ad

pigr̃tiam & negligen-

tiam, superbiæ quoq;

crimē accederet. Qui

enim simpliciter de-

buit inertiā confite-

ri & orare patremfa-

miliis: e contrario ca-

lumniatur, & dicit se

prudenter fecisse con-

filio: ne dū lucra pe-

cuniæ quæreret, etiā

de sorte periclitaret̃.

h ¶ Respondens au-

tem &c.] Quod pu-

tauerat se pro excusa-

tione dixisse, in cul-

pam propriam uerti-

tur. Seruus autē ma-

lus appellatur: quia

calumniam domino

facit. Piger: quia no-

luit talentum dupli-

care: ut in altero su-

perbiæ, in altero ne-

gligentia condemnē-

tur. Si, inquit, durum

& crudelē esse me no-

ueras, & aliena secta-

ri: ibiq; metere ubi

nō seuerim: q̄re nō ti-

bi istiusmodi cogita-

tio incussit timorem:

ut scires me mea dili-

gentius quasitum, &

dares pecuniam

meam siue argentum

nūmularijs: Vtrunq;

enim approp. Gra-

cus sermo significat. Eloquia, inquit, domini, eloquia ca-

sta, argentum igne examinatum, probatū terræ, purga-

psal. 118. tum septuplum. Pecunia ergo & argentum, prædicatio

euangelij est, & sermo diuinus: qui dari debuit nummu-

larijs & trapezitis: id est uel cæteris doctoribus, quod fe-

cerūt & apostoli, per singulas provincias presbyteros

& episcopos ordinantes: uel cunctis credentib. qui pos-

sunt pecuniā duplicare, & cum usuris reddere: ut quic-

quid sermone didicerāt, opere explerent. Tollitur autē ta-

lentum, & datur ei qui decē talenta fecerat: ut intelli-

mus licet in utriusq; labore æquale sit gaudiū domini,

hoc est, & eius q quinque in decē duplicauerat, & eius qui

duo in quatuor: tamē maius deberi præmiū ei qui plus

in domini pecunia laborarit. Vnde dicit & Apostolus: 1. Tim. 5. c

Presbyteros honora q uere presbyteri sunt: maxime qui

laborāt in uerbo dei. Ex eo quod malus seru⁹ ausus est

dicere: Metis ubi nō seminasti, & cōgregas ubi non spar-

sisti: intelligimus, etiā gentiliū & philosophorū bonā ui-

ram recipere dominū, & aliter habere eos qui iuste, ali-

ter qui iniuste agāt, & ad comparationem eius qui natu-

rali legi seruiat condemnari eos qui scriptam legem ne-

gligat. i ¶ Omnia enim &c.] Multi cū sapientes sint

g 2 naturaliter

A naturaliter, & habeant acumen ingenij: si fuerint negligentes, & desideria bonum naturæ corruerint: ad cōparationem eius qui paululum tardior, labore & industria compensauit quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & primum quod eis fuerat repromissum, uident

e 272 test & sic intelligi: ei
V qui fidē habet, & bonam in domino uoluntatem: etiā si quid minus in opere ut homo habuerit, dabitur a bono iudice. Qui autem fidem nō habuerit, etiam ceteras uirtutes quas uidebatur naturaliter possidere, perdet. Et eleganter etiam quod uidetur, inquit, habere auferetur ab eo. Quicquid enim sine fide Christi est, non ei debet imputari qui male eo abusus est: sed illi qui malo etiam seruo naturæ bonum tribuit. a ¶ Et inutile seruū eijcite &c.] Dominus lumen est: qui ab eo foras mittitur, caret uero lumine. Quid sit autem stertus & stridor dentiū, supra diximus.

B ¶ Cū autē uenerit &c.] Post biduum pascha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus. & aceto ac felle potandus, recte pramittit gloriam triumphantis: ut secutura scandala, pollicitationis premio cōpensaret. Et notandum quod qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit. Quod quod sequitur: Statuet oues quidē a dextris suis:

a 274
I hoedos autem a sinistris: iuxta illud intellige, quod alibi legis: Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Et supra in hoc eodem euangelio: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Oues in

b 275
VI parte iustorum stare iubentur ad dexteram: hoedi, hoc est, peccatores ad sinistram, qui semper pro peccato offeruntur in lege. Nec dixit, capras: quæ possunt habere foetus & tōsa egrediuntur de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilibus nulla inter eas: sed hoedos, lasciuum animal & periculū & feruens semper ad coitū. c ¶ Venite benedicti &c.] Hoc iuxta præscentiam dei accipiendū, apud quæ futura iā facta sunt. d ¶ Amen dico &c.] Libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Christus esuriens pasceretur: sitiens potaretur: hospes induceretur

in tectū: nudus uestiretur, infirmus uisitaretur, clausus carcere haberet solatiū colloquentis. Sed ex hoc quod sequitur: Quando fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis: non mihi uidetur dixisse generaliter de pauperibus, sed de his qui pauperes spiritu sunt, ad quos

tendēs manum dixerat: Fratres mei & mater mea hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei. e ¶ Et ibunt hi in supplicium &c.] Prudens lector attende, quod & supplicia æterna sint, & uita perpetua, metū deinceps non habeat ruinarū.

Cap. XXVI.

E T factum est &c.] Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse: Patet, si fieri potest, transeat a me calix iste. Post biduum pascha facturus, tradendum se ut crucifigatur nouit, & tamen non declinat insidias: non teritus fugit: intantum ut etiā ceteris ire non lentibus, pergat impudus: quando dicit Thomas: Eamus & nos, & moriamur cū te. Et finem carnalis destituitati uolens imponere: umbræque transeunte, pascha reddere ueritatē, dixerit: Desiderio desiderauit hoc pascha māducare uobiscum, antequam patiar. Et enim pascha nostrū immolatus Christus: si tamen comedamus illud in azymis sinceritatis & ueritatis. Porro quod ait, Post biduum pascha fiet: simplicitate intelligentia prætermissa: id quod sacramentum est, requiramus. Post duos dies clarissimi luminis, ueteris ac noui testamenti: uerum pro mundo pascha celebrat. Pascha quod Hebraice dicitur פסח non a passione ut plerique arbitrantur, sed a transitu nominatur: eo quod exterminator uidens sanguinē in foribus Israelitarū pertransierit, nec percussit eos: Vel ipse dominus præbens auxiliū populo suo desuper ambulauerit. Lege Exodi librū: de quo plenius, si uita comes fuerit, disputabimus. Transitus autem noster, id est phase, ita celebratur: si terrena & Aegyptum dimittentes, ad coelestia festinemus. g ¶ Tunc congregati sunt &c.] Qui debuerant paschate uicino præparare uictimas: leuigare templi parietes: pauperum ta uerrere: uasa mundare, & secundum ritum legis purificari

non habet, & quod uidetur habere auferetur ab eo. Et inutilem seruū eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentiū. Cum autē uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hoedis. Et statuet oues quidem a dextris suis: hoedos autē a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes erā, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: Infirmus & uisitastis me: In carcere erā, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quādo te uidimus esurientē, & pauimus te: sitientē, & dedimus tibi potū: Quādo autē te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudū, & cooperuimus te: aut quādo te uidimus infirmū, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico uobis: quam diu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi māducare: Sitiui, & nō dedistis mihi potū: Hospes erā, & nō collegistis me: Nudus, & nō operuistis me: Infirmus & in carcere erā, & nō uisitastis me. Tūc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quādo te uidimus esurientē, aut sitientem, aut hospitem, aut nudū, aut infirmū, aut in carcere, & nō ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis: quod diu nō fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternū: iusti autem in uitam æternam. Cap. XXVI.

E T factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tūc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo

tenerent

trantur, sed a transitu nominatur: eo quod exterminator uidens sanguinē in foribus Israelitarū pertransierit, nec percussit eos: Vel ipse dominus præbens auxiliū populo suo desuper ambulauerit. Lege Exodi librū: de quo plenius, si uita comes fuerit, disputabimus. Transitus autem noster, id est phase, ita celebratur: si terrena & Aegyptum dimittentes, ad coelestia festinemus. g ¶ Tunc congregati sunt &c.] Qui debuerant paschate uicino præparare uictimas: leuigare templi parietes: pauperum ta uerrere: uasa mundare, & secundum ritum legis purificari

Aficari, ut esu agni digni fierent: congregant in euntes con-
siliū, quomodo occidant dominum: non timentes se-
ditionem, ut simplex sermo demonstrat: sed cauentes ne
auxilio populi de suis manibus tolleretur. **a** ¶ Cū au-
tē Iesus esset in Bethania &c.] Passurus pro omni mun-
do, & uniuersas natio-
nes suo sanguine re-
dempturus: moratur
in Bethania, domo
obediētia: quā quon-
dam fuit Simonis le-
prosi. Non quod le-
prosus & illo tempo-
re permaneret: sed q-
antea leprosus, postea
a saluatore mūdatus
est: nomine pristino
permanēte, ut uirtus
curantis appareat.

Luc. 5. f Nā in Catalogo apo-
stolorum cum pristi-
no uitio & officio,
Matthaeus publica-
nus appellatur: qui
certe publicanus esse
desierat. Quidam Si-
monis leprosi domū,
eam uolunt intelligi
partē populi quā cre-
diderit domino, & ab
eo curata sit. Simon
quoq; ipse obediens
dicitur: qui iuxta aliā
intelligentiam mun-
dus interpretari po-
test: in cuius domo
curata est ecclesia.

b ¶ Accessit ad eum
mulier &c.] Nemo
putet eandē esse quā
sup caput effudit un-
guentum, & quā su-
per pedes. Illa enim
& lachrymis lauat, &
crine tergit, & manife-
ste meretrix appellatur. De hac autē nihil tale scriptū est.

Luc. 12. d Nec enim poterat statim capite domini meretrix digna
fieri. Alius euangelista pro alabaistro unguenti preciosi:
quod genus est marmoris, nardum pisticam posuit: hoc
est ueram, & absq; dolo: ut fidem ecclesiae & gentium de-
monstraret. **c** ¶ Videntes autem discipuli, &c.] Scio
quosdam hunc locum calumniari: quare alius euangeli-
sta Iudam solum dixerit contristatum, eo quod loculos
tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthaeus scribat om-
nes apostolos indignatos: nescientes tropum qui uoca-
tur *proditor*: quo & pro uno, omnes, & pro multis, unus
appellari soleat. Nam & Paulus in epistola sua quā scri-
bitur ad Hebraeos, licet de ea multi Latinorum dubitēt:
cum sanctorum passiones & merita descripsisset, intulit:
Heb. 11. g Lapidati sunt, tentati sunt, serrati sunt, in occisione gla-
dij mortui sunt: cum unum tantūmodo Esaiam prophe-
tam sectum Iudaei autement. Possūmus & aliter dicere,
quod apostoli uere propter pauperes indignati sint: Iu-
das autē propter luera sua. Vnde & munitio eius cum
crimine ponitur: quod nō curam pauperum habuerit,
sed suo furto uoluerit prouidere. **d** ¶ Sciens autem Ie-
sus, ait illis: &c.] Alia oboritur quaestio: quare domi-
nus post resurrectionem dixerit ad discipulos: Ecce ego
uobiscum sum usq; ad consummationē mundi, & nunc
loquatur: me autē non semper habetis. Sed mihi uidetur
in hoc loco de praesentia dicere corporali: quod nequa-
quam eis ita futurus sit post resurrectionem: quomodo

nunc in omni cōuictu & familiaritate. Cuius rei memor
Apostolus ait: Et si noueramus Iesum Christum secun-
dum carnem, sed nunc iam non nouimus eū. **e** ¶ Mit-
tens enim hac &c.] Quod uos putatis perditionē esse
unguenti, officium sepulturae est. Nec mirum si mihi bo-

num odorē fidei suae
dederit: cum ego pro
ea fusurus sim sangui-
nem meū. **f** ¶ Amen
dico uobis &c.] In
toto mundo nō tam
mulier ista, q; ecclesia
praedicatur, quod se-
pelierit saluatorem,
quod unxerit caput
eius. Et attende noti-
ciam futurorū, quod
passurus post biduū
& moriturus, sciate:
uangelium suum to-
to orbe celebrādum.

g ¶ Et ait illis: &c.]
Infelix Iudas damnuū
quod ex effusione un-
guenti se fecisse credē-
bat, uult magistri pre-
cio compensare. Nec
certam tamen postu-
lar summa, ut saltem
lucrosa uidere pro-
ditio: sed quasi uile
tradens mancipium:
in potestate ementiū
posuit quantum uel-
lent dare. **b** ¶ At illi
constituerunt &c.] **D**

Ioseph non, ut multi
putant iuxta Lxx. in-
terpretes, uiginti au-
reis uenditus est: sed
iuxta Hebraicam ue-
ritatem, uiginti argen-
teis: neq; enim precio-
sior poterat esse ser-
uus, quā dominus.

i ¶ Prima autem die azymorum &c.] Prima azymo-
rum, quartadecima dies mensis primi est, quādo agnus
immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abijci-
tur. Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Iesum
interrogantes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha,
& Iudam astitit fuisse proditorē. **k** ¶ At Iesus dixit:
Ite in ciuitatem &c.] Morem ueteris testamenti, noua
scriptura conseruat. Frequenter legimus: Dixit ille illi,
& in loco illo & illo: quod Hebraice dicitur *אמר לו בל*
& *אמר לו* & tamen personarum locorumq; nō poni-
tur nomen. Et inuenietis ibi quendam portantem lage-
nam aquae. Quorū idcirco uocabula praetermissa sunt:
ut omnibus qui pascha facturi sunt, libera festiuitatis oc-
casio paderetur. **l** ¶ Et fecerunt discipuli &c.] In alio
euangelista scriptum est: quod inuenerūt coenaculū ma-
gnū, stratum atq; mundatum, & ibi parauerunt ei. Vi-
detur autem mihi coenaculum, lex spiritalis intelligi
quā de angustis literae egrediens in sublimi loco recipit
saluatorem, Paulo idipsum loquente: quod ea quā ante
pro lucro reputabat, quasi purgamenta quisquiliisq;
contempserit, ut dignum domino hospitium prepara-
ret. **m** ¶ Vespere autem facto, discumbebat cū duo-
decim discipulis &c.] Omnia sic agit Iudas, ut tolla-
tur suspicio proditoris. **n** ¶ Et edentibus illis, dixit: A-
men dico uobis: quia unus uestrum me traditurus
est &c.] Qui de passione praedixerat, & de prodito-
re praedicat: dans locum poenitentiae: ut cum intellexisset

g 3 sciri

C
2. Cor. 5. c

c 276

d 277
III

c 278
II

f 279
III

Luc. 22. b

Philip. 3. b

A sciri cogitationes suas & occulta consilia, poeniteret eum facti sui: & tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimē in numero, ut cōscius agat poenitentiam. ^a ¶ Et contristati ualde, coeperunt singuli dicere. Nunquid ego sum? &c.] Et certe no-

uerant undecim apostoli, quod nihil tale contra dominum cogitarent: sed plus credunt magistro, quā sibi, pertimescentes fragilitatem suam, tristes interrogant de peccato, cuius cōscientiam non habebāt. ^b ¶ At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manū in paropside, hic me tradet.] O mira domini patientia. Primum dixerat: Unus uesterū me traditurus est. Perseuerat proditor in malo: manifestius arguit, & tamen nomē proprie non designat. Iudas ceteris cōtristatis, & retrahentibus manū, & interdicentibus ci-

bus ori suo: temeritate & impudētia, quā proditurus erat: etiā manū cum magistro mittit in paropsidē, ut audacia bonā cōscientiā mentiretur.

ⁱ ¶ Filius quidē hominis uadit.] Nec primo nec secundo correptus à proditoriōne retrahit pedē: sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Poena prædicitur: ut quem proditor non uicerat, corrigant denunciata supplicia. Quod autem sequitur, ^d ¶ Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille &c.] Non ideo putandus est ante fuisse quā nasceretur: quia nulli possit bene esse, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est: multo melius esse non subsistere, quā male subsistere. ^e ¶ Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti &c.] Quia ceteri tristes, & ualde tristes interrogauerant: Nunquid ego sum domine? Ne tacendo se prodere uideretur, & ipse similiter interrogat, quem cōscientia remordebat: qui manum audacter miserat in paropsidē. ^f ¶ Nunquid ego sum rabbi &c.] Et blandientis iungit affectum, siue incredulitatis signum. Ceteri enim qui non erant proditori, dicunt: Nunquid ego sum domine? Iste qui proditurus erat: non dominum, sed magistrum uocat: quasi excusationem habeat: si domino denegato, saltem magistrum prodiderit. Et ait illi: Tu dixisti. Eadem responsione confutatus est proditor, quā Pilato postea respondurus est. ^g ¶ Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem &c.] Postquam typicum pascha fuerat impletū, & agni carnes cum apostolis commederat: assumpsit panem, qui confortat cor hominis, & ad uerum paschā transgreditur sacramentum: ut quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi dei sacerdos, panem & uinum offerens fecerat, ipse quoque ueritatem sui corporis & sanguinis repræsenteret. In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinavit. Unū primi mensis, & alterum secūdi: ut qui inter sanctos pri-

mo mense agnum comedere non potuerit, secundo mensē inter poenitentes hœdum comedat. ^h ¶ Dico autem uobis: non bibā amodo de hoc genimine &c.] De carnalibus transit ad spiritualia: quod uinea de Aegypto transplantata sit populus Israel: cui per Hieremiam do-

minus loquitur: Ego te plantaui uineam uerā: quomodo mutata es in amaritudinem uitis alienæ. Et Esaias, propheta in can-

Esai. 54. tico, quod dilectio canit, & omnis scriptura testatur. Dicit ergo se dominus de hac uinea nequam esse bibiturū, nisi in regno patris sui. Regnum patris, fidē puto esse credentium: apostolo quoque idipsum cōfirmante. Regnū dei intra uos est. Ergo cum Iudæi receperint regnū patris: attende quod dicat patris, non dei. Omnis pater nomē est filij. Cum, inquam, crediderint in deo patre, & adduxerint eos pater ad filium, tunc de uino eorum bibet dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. ⁱ ¶ Et hymno dicto, exierunt in montē oliueti.] Hoc est quod in quodam psalmo legimus: Mā-

ducauerunt & aderauerunt oēs pingues terræ. Iuxta hoc exemplū, qui pane saluatoris saturatus, & calice inebriatus fuerit, potest laudare dominū: & conscendere in montē oliueti: ubi laborū refectio, doloris quoque solatiū, & ueritatis luminis noticia est. ⁱ ¶ Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte.] Prædicit quod passuri sunt: ut cum passi fuerint non desperet salutem: sed agentes poenitentiam, liberentur. Et signatē addidit, in ista nocte scandalum patiemini: quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: & c. qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uero di-

camus: Nox præterijt: dies autem appropinquauit. ^k ¶ Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis &c.] Hoc alijs uerbis in Zacharia propheta scriptum est, & (ni fallor) ex persona prophetæ ad deum dicitur: Percute pastorem & dispergentur oves gregis. Sexagesimo quoque & octauo psalmo qui totus à domino canitur, huic sensui cōgruente. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorū fiat unus grex, & unus pastor. De hoc testimonio in libello quem de optimo genere interpretandi scripsimus, plenius dictū est. ^l ¶ Respondens autē Petrus, ait illi: &c.] Nō est temeritas nec mendacium sed fides est apostoli Petri, & ardēs affectus erga dñm saluatorem: de quo supra diximus. ^m ¶ Ait illi Iesus: Amen dico tibi &c.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & saluator quasi deus futura nouerat. Et nota quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autē gallus cecinit & decrefcentibus tenebris uicina lux nuntiata

A ciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis for-
des lachrymis lauans. a ¶ Tunc uenit Iesus cum &c.] Gethsemani, interpretat uallis pinguißima, in qua ius-
sit discipulos sedere paulisper & expectare redeuntem,
donec pro cunctis solus dominus oraret. b ¶ Et assum-

pto Petro & duobus
filijs Zebedæi coepit
contristari & moestus
esse.] Illud quod su-
pra diximus de pas-
sione & propassione,
etiam in presenti ca-
pitulo ostenditur: qd
dominus ut ueritatem
pbarer assumpti ho-
minis, uere quidē cō-
tristat⁹ sit, sed ne pas-
sio in animo illius do-
minaret, per propas-
sionem coepit con-
tristari. Aliud est em̃
contristari, & aliud in-
cipere cōtristari. Con-
tristabatur autem nō
timore patiendi, qui
ad hoc uenerat ut pa-
teretur, & Petrum ti-
miditatis arguerat,
sed propter infelicissi-
mum Iudam, & scan-
dalum omnium apo-
stolorum, & reiectio-
nem populi Iudæo-
rum, & euerسیونē mi-
seræ Hierusalem. Vn-
de & Ionas super ari-
ditate cucurbitæ uel
hedera contristatus
est, nolēs perire quō-
dam tabernaculū su-
um. Si autem tristitia
animi non affectū sal-
uatoris erga peritu-
ros, sed passionē hæ-
retici interpretantur:
respondeant, quomo-
do exponūt illud qd
ex persona dei per E-

B
lon. 4. c.

¶ Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, nō
te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerūt. ¶ Tunc
uenit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemani,
& dixit discipulis suis: ¶ Sedete hic donec uadam illuc
& orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,
coepit contristari & moestus esse. ¶ Tunc ait illis: Tristis
est anima mea usque ad mortem: Sustinete hic & uigi-
late mecum. ¶ Et progressus pusillū, procidit in faciem
suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat
à me calix iste. ¶ Verumtamen non sicut ego uolo, sed si
cut tu. ¶ Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dor-
mientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora uigi-
lare mecum? Vigilate & orate ut non intretis in tenta-
tionem. ¶ Spiritus quidem promptus est, caro autem in-
firma. ¶ Iterum secūdo abiit & orauit, dicens: Pater mi,
si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uol-
untas tua. Et uenit iterum, & inuenit eos dormientes.
Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum
abiit & orauit tertio eundem sermonem dicens. ¶ Tunc
uenit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & re-
quiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis
trahet in manus peccatorū. Surgite eamus, ecce appro-
pinquauit q me tradet. ¶ Adhuc eo loquēte, ecce Iudas
unus de duodecim uenit, & cū eo turba multa cum gla-
dijs & fustibus, missi à principibus sacerdotū & seniori-
bus populi. ¶ Qui aut tradidit eum, dedit illis signū, di-
cens: Quēcūq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Et cōn-
festim accedēs ad Iesum, dixit: Aue rabbi. Et osculatus
est eum

firmat. Verūtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Non
inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed ppter
quod ad terras tua uoluntate descendi. c ¶ Et uenit ad
ad discipulos &c.] Ille qui supra dixerat: Etiam si omēs
scandalizati fuerint in te, ego nunq scandalizabor: nūc

tristitia magnitudine
somnum uincere non
potest. f ¶ Vigilate
& orate etc.] Impossi-
bile est humanā ani-
mā non tentari. Vn-
de & in oratiōe domi-
nica dicimus: Ne nos
inducas in tēationē,
quam ferre nō possi-
mus: non tēationē
penitus refutātes, sed
uires sustinēdi in ten-
tationibus deprecā-
tes. Ergo & in præsē-
tium nō ait: Vigila-
te & orate ne tentemini,
sed ne intretis in ten-
tationem: hoc est, ne
tēatio uos superet &
uincat, & uos itra cal-
ces teneat. Verbi gra-
tia: Martyr qui p cō-
fessioē domini sangui-
nem fundit, tentatus
quidē est, sed tēatio
num retrib⁹ nō ligat.
Qui autem negat, in
plagas tēationis in-
currit g ¶ Spiritus
quidem &c.] Hoc ad
uersum temerarios, q
quicqd crediderint,
putant se posse conse-
qui. Itaq; quātum de
ardore mentis confu-
dimus, tātum de car-
nis fragilitate timea-
mus. Sed tamē iuxta
Apostolū, in spiritu,
carnis opera mortifi-
cantur. b ¶ Iterū se-
cundo abiit & orauit,

C

r 29

VI

s 291

I

t 292

VI

u 293

IIII

x 294

I

y 295

I

z 296

II

a 297

IIII

b 298

VI

c 299

IIII

D

d 300

I

e 301

II

f, Pet. 3. c

g

h

i

j

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

aa

ab

ac

ad

ae

af

ag

ah

ai

aj

ak

al

am

an

ao

ap

aq

ar

as

at

au

av

aw

ax

ay

az

ba

bb

bc

dicens &c.] Secūdo orat, ut si Nintue aliter saluari non
potest nisi aruerit cucurbita, fiat uolūtas patris, quā nō
est contraria filij uoluntati, dicente ipso per prophetam:
Vt facerem uoluntatē tuā deus meus uolui. i ¶ Et ue-
nit iterum &c.] Solus orat pro omib⁹, sicut & solus pa-
tiū pro uniuersis. Languescebant aut & opprimeban-
tur apostolorū oculi negatione uicina. k ¶ Tunc uenit
ad discipulos &c.] Postq; tertio orauerat, ut in ore duo-
rum uel trium testium staret omne uerbū: & apostolorū
timorem sequenti pēnitētia impetrauerat corrigendū,
securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se
interficiendum prabet, dicitq; discipulis suis: l ¶ Sur-
gite eamus &c.] Ne nos inueniant quasi timentes & re-
trahentes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam
& gaudiū passiuri uideant. m ¶ Qui aut tradidit eum,
dedit illis signum, dicens: Quēcūq; &c.] Miser Iudas
& tamen non miserabilis, eadem infidelitate qua magi-
strum & dominum tradidit, putabat signa quæ saluato-
rem uiderat facientē, nō malestate diuina, sed magicis ar-
tibus facta. Et quia eum forte audierat in monte trāsfu-
ratum, timebat ne simili trāsfōrmatione elaberetur ē ma-
nibus ministrorū. Dat ergo signum, ut sciant ipsum esse
quem osculo demonstraret. n ¶ Et confestim accedens
ad Iesum, dixit: Aue rabbi &c.] Impudens quidem &

g 4

scelerata

Psal. 39. b

A scelerata cōfidentia, magistrum uocare, & osculum ei in-
gerere, quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de
uerecundia discipuli, cum nō eum palam tradit persecu-
toribus, sed per lignum osculi. Hoc est signum quod po-
suit deus in Cain, ne quicūq; inuenisset, interficeret eum

Gen. 4. c

a ¶ Dixitq; illi Iesus:

Amice ad &c.] Ver-

bum, amice, uel ^{κατά}^{ἀντίφασιν} intelligēdū.

f 302 Vel certe iuxta illud

I quod supra legimus:

Amice, q̄modo huc

intraſti nō habens ue-

g 303 stem nuptialem?

x b ¶ Et ecce un⁹ &c.]

In alio euāgelista scri-

ptū est, q̄ Petrus hoc

fecerit eodem mentis

ardore q̄ cetera. Ser-

b 304 uus quoq; principis

sacerdotū, Malchus

appellatur, auricula

quæ amputatur, dex-

tra est. Transitorie di-

cendū q̄ Malchus,

i 305 id est, rex quondā po-

pulus Iudæorum, ser-

uus factus sit impie-

k 306 tatis & deuotionis

sacerdotū: Dexterāq;

perdiderit auriculā,

ut totam literā uilira-

l 307 tem audiat i sinistra,

sed dominus in his q̄

III ex Iudæis credere uo-

m 308 luerunt, reddidit au-

rem dextram, & fecit

B seruū genus regale &

sacerdotale. c ¶ Tūc

ait illi Iesus: Conuer-

te gladium tuū &c.]

n 309 Et si non frustra por-

VI tat gladiū, qui ultor

dominicæ iræ posit⁹

est in eum qui malū

operatur: attamē qui

cunq; gladium sum-

pserit, gladio peribit.

Quo gladio? Illo nē-

o 310 pe qui igne⁹ uertitur

ante paradisu: & gla-

dio spirit⁹, qui in dei

describitur armatura.

d ¶ An putas &c.] Nō indigeo

duodecim apostolorū auxilio, etiam si omnes me defen-

derent, qui possum habere duodecim legiones angelici

exercitus. Vna legio apud ueteres, sex milib⁹ compleba-

tur hominum. Pro breuitate temporis numerum nō oc-

currimus explicare, typos tātū dixisse sufficiat: septua-

ginta duo milia angelorum, in quot gētes hominum lin-

gua diuisa est, de duodecim legionibus fieri. Sequēs sen-

tentia promptum ad patiendum demonstrat animum,

quod frustra propheta cecinerint, nisi dominus eos ue-

re dixisse passione sua asseruerit. e ¶ In illa hora dixit

Iesus turbis &c.] Stultum est, inquit, eum cum gladijs

& fustibus quarere, qui ultro se tradit uestris manibus,

& in nocte quasi latitantem, & a uestris oculis declinan-

tem, per proditorem inuestigare, qui quotiē in templo

doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregami-

ni, quia potestas uestra in tenebris est. f ¶ Hoc autem

totū factū &c.] Quæ sunt scripturæ prophetarum: Fo-

derūt manus meas & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad

uictimam ductus est. Et in alio loco: Ab iniquitatib⁹ po-

est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice, ad quid uenisti? Tunc

acceserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt

eum. f Et ecce unus ex his qui erāt cum Iesu, extendens

manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum

principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. g Tūc

ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum.

Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

An putas quia nō possum rogare patrē meū, & exhibe

bit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angelorū?

Quomodo ergo implebūtur scripturæ, quia sic oportet

fieri? h In illā hora dixit Iesus turbis: Tanq̄ ad latronem

existis cū gladijs & fustibus comprehendere me: quoti

die apud uos sedebam docens in templo, & non me te-

nuistis. i Hōc autem totum factum est ut adimpleren-

tur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes reli-

cto eo fugierunt. k At illi tenentes Iesum, duxerunt ad

Caiphā principem sacerdotum, ubi scribæ & seniores

conuenerant. l Petrus autem sequebatur eum a longe

usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus in-

tro, sedebat cum ministris, ut uideret finem. m Principes

autem sacerdotum & omne concilium quærebant fal-

sum testimonium contra Iesum, ut morti eum trade-

rent. Et non inuenerunt quum multi falsi testes acces-

sissent. n Nouissime autem uenerunt duo falsi testes, &

dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum dei, &

post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sa-

cerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti ad-

uersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et prin-

cēps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut

dicas nobis si tu es Christus filius dei. Dixit illi Iesus:

Tu dixisti. o Veruntamen dico uobis, amodo uidebi-

tis filium

post triduum reedificare illud, ut proprie de templo lu-

daico dixisse uideatur. Dominus autē ut ostenderet ani-

male & spirans templum, dixerat: & ego in triduo susci-

tabo illud. Aliud est ædificare, aliud suscitare. l ¶ Et sur-

gens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes &c.]

Ira præcepit & impatiens non inueniens calumniæ locū,

excudit de solio pontificem, ut uesantiā mentis motu cor-

poris demonstraret. Quanto Iesus tacebat ad indignos

responsione sua, falsos testes, & sacerdotes impios, tanto

magis pontifex furore superatus eum ad respondendū

prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis, locū inue-

niat accusandi. Nihilomin⁹ Iesus tacebat. Sciebat enim

quasi deus quicquid respondisset torquendum ad calu-

mniā. m ¶ Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro

te per deum uiuum, ut dicas nobis &c.] Quid adiuras

impīissime sacerdotum, ut accuses, an credas: Si ut accu-

ses, arguūt alij condemnare tacentem. Si ut credas, qua-

re confitenti credere noluisse? n ¶ Dixit illi Iesus: Tu

dixisti &c.] Et aduersum Pilatū & aduersum Caiphā

similis responsio, ut propria sententia condemnentur.

Tunc prin-

puli mei ductus est ad mortem. g ¶ At illi tenentes Ie-
sum &c.] Moyses deo iubente præceperat, ut pontifices
patribus succederent, & generationis in sacerdotibus se-
ries texeretur. Refert Iosephus istum Caiphā unius tan-
tum anni pontificatū ab Herode precio redemisse. Non

ergo mirum est, si ne-

quam pōtēx inique

iudicet. h ¶ Petrus

autē sequebatur eum

a lōge usq; in atrium

pricipis sacerdotū.]

A longe sequebatur

qui erat dominū ne-

gaturus. i ¶ Et in-

gressus.] Vel amore

discipuli, uel huma-

nacuriositate scire cu-

piebat, qd iudicaret

de domino pontifex,

utrum eum neci addi-

ceret, an flagellis ca-

sum dimitteret. Et in

hoc diuersitas decē

apostolorū & Petri.

Illi fugiunt, iste quan-

quam procul, sequit̃

tamen saluatorem.

k ¶ Nouissime autē

uenerunt duo falsi te-

stes &c.] Quomodo

falsi testes sūt, si ea di-

cunt quæ dominum

supra dixisse legim⁹?

Sed falsus testis est, q

nō eodem sensu dicta

intelligit quo dicunt̃.

Dominus enim dixe-

rat de templo corpo-

ris sui. Sed & in ipsis

uerbis calumniatur,

& paucis additis uel

mutatis quasi iustam

calumniā faciunt. Sal-

uator dixerat: Solui-

te templum hoc: istī

commutant & aiunt:

possum destruere tē-

plum dei. Vos, inquit,

soluite, non ego, quia

illicitū est ut ipsi no-

bis inferamus man⁹.

Deinde illi uertūt, &

A ¶ Tunc princeps &c.] Quem de solio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindēdas uestes prouocat. Scidit autem uestimenta sua, ut ostendat Iudaeos sacerdotij gloriam perdidisse, & uacuā sedem habere pontifices. Sed & consuetudinis Iudaicae est, cum aliquid blasphemiae & quasi contra deum audierint, scindere uestimenta sua. Quod Paulum quoque & Barnabam quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, fecisse legimus. Herodes autem quia non dedit honorem deo, sed acquieuit imoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est.

14. b ¶ Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt.] Ut adimpleretur quod dictum est: Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti a confusione spirituum. ¶ Alij autem &c.] Stultū erat uerberatibus respondere, & prophetizare cadentibus, cum parā percussus uideret infamia. Sed sicut hoc uobis non prophetauit, sic illud manifestissime uaticinatus ē, quod circumdaretur Hierusalem ab exercitu, & non relinqueretur lapis super lapidē in templo. ¶ Petrus uero sedebat foris in atrio.] Foris sedebat, ut uideret exitū rei. Et nō appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspicio nasceretur. ¶ Et iterum negauit cū iuramento, quia non noui hominem.] Scio quoddam pij affectus erga apostolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, ut dicerent Petrum non deum negasse, sed hominē, & esse sensum: Nescio hominem, quia scio deum. Hoc quod friuolum sit, prudens lector intelligit, si defendunt apostolum ut deum mendacij reum faciāt. Si enim iste non negauit, ergo mentitus est dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Certe ne quid dicat, me negabis, non hominem. ¶ Vere tu ex illis es, nam &c.] Nō quod alterius sermonis esset Petrus aut gentis exterā. Omnes quippe Hebraei erāt, & qui arguebant & qui arguebātur, sed quod unaquaque prouincia & regio habeat proprietates suas, & uernaculum loquendi sonum uitare non possit. Vnde & Ephraei in Iudicum libro non possunt dicere. ¶ Tunc coepit detestari &c.] In alio euāgelio legimus, quia post negationem Petri & cātum galli respexerit saluator Petrus, & intuitu suo eum ad amaras lachrymas prouocauit. Nec fieri poterat, ut in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi. ¶ Et egressus foras fleuit amare.

Thren. 3. d

B ¶ Tunc princeps sacerdotū sci-

dit uestimenta sua, dicens: Blasphemaui. ¶ Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. ¶ Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autē palmas in faciem eius dederunt, dicientes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? ¶ Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eū una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilaeo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. ¶ Exeunte autem illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterū negauit cum iuramento, quia nō noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nā & loquela tua te manifestū facit. Tūc coepit detestari & iurare, quia nō nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. ¶ Et recordatus est Petrus uerbi Iesu quod dixerat, prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Cap. XXVII

M ¶ Anē autem facto, cōsiliū inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. ¶ Et uinctū adduxerunt & tradiderunt eum Pontio Pilato praefidi. ¶ Tūc uidens Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotū & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinē iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspēdit. Principes autem sacerdotū acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonā, quia precium sanguinis est. Cōsilio autē inito emerunt ex illis agrum figuli in sepul-

re.] In atrio Caipha sedens non poterat agere poenitentiam. Egreditur foras de impiorum consilio, ut pauidae negationis sordes, amaris fletibus lauet. Cap. XXVII ¶ Anē autem facto &c.] Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterque domino illuderet. Et cerne solitudine sacerdotum in malū. Tota nocte uigilauerunt, ut homicidiū facerent. Et uinctum tradiderunt Pilato. Habebant enim hūc morem, ut quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. ¶ Tūc uidens Iudas &c.] Auaricia magnitudine impietatis pōdus exclusit. Videns Iudas dominum adiudicatū morti, precium retulit sacerdotibus, quasi in potestate sua esset, persecutorū mutare sententiā. Itaque licet mutauerit uoluntatē suā, tamen uoluntatis primae exitum non mutauit. Si autem peccauit ille qui tradidit sanguinem iustum, quanto magis Iudaei peccauerunt, qui emerunt sanguinem iustum, & offerendo pretium ad prodicionem discipulum prouocarunt. Qui diuersas naturas conantur introducere, & dicunt Iudam proditorē malae fuisse naturae: nec electionem apostolatus potuisse seruare, respondeant quomodo natura mala egerit poenitentiam. ¶ At illi dixerunt: Quid ad nos? &c.] Nihil profuit ei sera poenitentia, per quam scelus corrigere nō potuit. Si quādo sic frater peccat in fratrem, ut emendare ualeat quod peccauit, potest ei dimitti. Sin autē permanent opera, frustra uoce assumitur poenitentia. Hoc est quod in psalmo de eodem infelicitissimo Iuda dicitur: Et oratio eius fiat in peccatū, ut non solum emendare nequiuert prodicionis nefas, sed ad prius scelus etiam proprii homicidij crimen addiderit. Tale quid & Apostolus in secūda ad Corinthios epistola loquitur: Ne abundantiori tristitia absorbeat frater. ¶ Principes autem &c.] Vere culticem liquantes & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam: hoc est, in gazophylacium & dona dei, quia precium sanguinis est, cur ipsum sanguinem effundunt. ¶ Cōsilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum &c.] Illi quidem fecerunt alia uolūtate, ut aeternū impietatis suae relinquerent ex agri emptione monumentū. Ceterū nos qui peregrini eramus a lege & prophetis, praua eorū studia suscepimus in salutē, & in precio sanguinis eius requiescimus. Figuli autē ager appellat, quia figulus noster est Christus.

Tunc

p 311

VI

q 312

II

r 313

I

s 314

I

t 315

I

u 316

II

D

a 317

II

b 318

I

c 319

X

Psalm. 108. d

2. Cor. 2. b

Iudic. 11. e

A ¶ Tunc impletum est &c.] Hoc testimonium in Hieremia non inuenitur. In Zacharia uero qui penè ultimus est duodecim prophetarum, quædam similitudo fertur, & quancūq; sensus nō multum discrepet, tamen & ordo & uerba diuersa sunt. Legi nuper in quodam Hebraico uolumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebraus obtulit, Hieremias apocryphum, in quo hæc ad uerbum scripta reperi. Sed tamē mihi uidetur magis de Zacharia sumptum testimonium, euangelistarū & apostolorū more uulgato, qui uerborum ordine prætermisso sensus tantum de ueteri testamēto proferunt in exemplum. **b** ¶ Iesus autem stetit ante præsidem &c.] Pilatus nihil aliud interrogante criminis, nisi utrum rex Iudæorum sit: arguuntur impietatis Iudæi, q̄ ne falso quidem inuenire poterint quod obiceret saluatori. **c** ¶ Dixit illi Iesus: Tu dicis.] Sic respondit ut & uerū diceret, & sermo eius calūniæ non pateret. Et attende q̄ Pilato qui inuitus promebat sententiam, aliqua ex parte responderit: sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit, in dignos suo sermone iudicans. **d** ¶ Tunc dicit illi Pilatus: Non audis &c.] Ethnicus quidem est, qui condēnat Iesum, sed causam refert in populū Iudæorum. Non audis quāta aduersum te dicunt testimonia? **e** ¶ Iesus autem nihil respondere uoluit, ne crimen diluens à præside dimitteretur, & crucis utilitas differretur. **f** ¶ Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur Barrabas.] Iste in euangelio quod scribitur iuxta Hebræos, filius magistri eorū interpretatur, qui propter seditionem & homicidiū fuerat condemnatus. Offert autē eis optionem Pilatus dimittēdi quem uelint, latronem, an Iesum, non dubitans Iesum potius eligendum, sciens eum propter inuidiam traditum. Igitur causa crucis manifeste inuidia est. **g** ¶ Sedente autem &c.] Nota q̄ gentibus sæpe à deo somnia reuelantur: & quod in Pilato & uxore eius iustum dominum consentibus gentilis populi testimonium sit. **h** ¶ Dicit illis Pilatus: Quid &c.] Multas liberandi saluatoris Pilatus occasiones dedit. Primū latronem iusto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus: hoc est, qui rex ueritatis est. Cumq; responderent: Crucifigatur, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionē uxoris quæ mandauerat: Nihil tibi & iusto illi, ipse quoq; respondit: Quid em̄ mali fecit? Hoc dicēdo Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabāt, dicentes: Crucifigatur. Ut impleret quod in XXI. psalmo dixerat: Circūdederūt me canes multi, & cōgregatio malignantiū obsecit me. Et illud Hieremias: Facta ē mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaiā quoque in hac sententia cōgruente: Expectaui ut facerēt iudicium: fecerūt autem iniquitatē, & non iusticiam, sed clamorem. **b** ¶ Vidēs autem Pilatus &c.] Pilatus accipit aquam, iuxta illud propheticum: Lauabo inter innocētes manus meas: ut in lauacro manū eius, gentiliū opera purgarentur, & ab impietate Iudæorū qui clamauerunt, crucifigere eum, nos alienos faceret: quodāmodo hoc contestans & dicens: Ego quidē innocentē uolui liberare, sed quia nō seditio oritur, & p̄duellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur, innocens ego sum à sanguine iusti huius. Iudex qui cogitur contra Christū sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronūciās qui crucifigēdus est. Vos inquit, uideritis. Ego minister sum legi, uestra uox sanguinē fundit. **i** ¶ Et respondēs uniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.] Perseuerat usq; in præsentem diem hæc imprecatio sup̄ Iudæos, & sanguis domini non auferetur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudia uos. Manus enim uestre plene sunt sanguine. Optimam hereditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. **k** ¶ Tunc dimisit illis Barrabā, Iesum autē flagellatū tradidit eis ut crucifigeret.] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorū autor erat: dimissus est populo Iudæorū, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere nō potest. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Centurio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatū lauasse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatū tradidisse Iesum ut crucifigeret. Sed sciendum est Romanum eum legibus ministrasse, quibus sanctū est, ut q̄ crucifigat, prius flagellis uerberet. Traditus est itaq; Iesus mi-

rat: Nihil tibi & iusto illi, ipse quoq; respondit: Quid em̄ mali fecit? Hoc dicēdo Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabāt, dicentes: Crucifigatur. Ut impleret quod in XXI. psalmo dixerat: Circūdederūt me canes multi, & cōgregatio malignantiū obsecit me. Et illud Hieremias: Facta ē mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaiā quoque in hac sententia cōgruente: Expectaui ut facerēt iudicium: fecerūt autem iniquitatē, & non iusticiam, sed clamorem. **b** ¶ Vidēs autem Pilatus &c.] Pilatus accipit aquam, iuxta illud propheticum: Lauabo inter innocētes manus meas: ut in lauacro manū eius, gentiliū opera purgarentur, & ab impietate Iudæorū qui clamauerunt, crucifigere eum, nos alienos faceret: quodāmodo hoc contestans & dicens: Ego quidē innocentē uolui liberare, sed quia nō seditio oritur, & p̄duellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur, innocens ego sum à sanguine iusti huius. Iudex qui cogitur contra Christū sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronūciās qui crucifigēdus est. Vos inquit, uideritis. Ego minister sum legi, uestra uox sanguinē fundit. **i** ¶ Et respondēs uniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.] Perseuerat usq; in præsentem diem hæc imprecatio sup̄ Iudæos, & sanguis domini non auferetur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudia uos. Manus enim uestre plene sunt sanguine. Optimam hereditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. **k** ¶ Tunc dimisit illis Barrabā, Iesum autē flagellatū tradidit eis ut crucifigeret.] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorū autor erat: dimissus est populo Iudæorū, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere nō potest. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Centurio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatū lauasse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatū tradidisse Iesum ut crucifigeret. Sed sciendum est Romanum eum legibus ministrasse, quibus sanctū est, ut q̄ crucifigat, prius flagellis uerberet. Traditus est itaq; Iesus mi-

miæ: Facta ē mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaiā quoque in hac sententia cōgruente: Expectaui ut facerēt iudicium: fecerūt autem iniquitatē, & non iusticiam, sed clamorem. **b** ¶ Vidēs autem Pilatus &c.] Pilatus accipit aquam, iuxta illud propheticum: Lauabo inter innocētes manus meas: ut in lauacro manū eius, gentiliū opera purgarentur, & ab impietate Iudæorū qui clamauerunt, crucifigere eum, nos alienos faceret: quodāmodo hoc contestans & dicens: Ego quidē innocentē uolui liberare, sed quia nō seditio oritur, & p̄duellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur, innocens ego sum à sanguine iusti huius. Iudex qui cogitur contra Christū sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronūciās qui crucifigēdus est. Vos inquit, uideritis. Ego minister sum legi, uestra uox sanguinē fundit. **i** ¶ Et respondēs uniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.] Perseuerat usq; in præsentem diem hæc imprecatio sup̄ Iudæos, & sanguis domini non auferetur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudia uos. Manus enim uestre plene sunt sanguine. Optimam hereditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. **k** ¶ Tunc dimisit illis Barrabā, Iesum autē flagellatū tradidit eis ut crucifigeret.] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorū autor erat: dimissus est populo Iudæorū, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere nō potest. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Centurio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatū lauasse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatū tradidisse Iesum ut crucifigeret. Sed sciendum est Romanum eum legibus ministrasse, quibus sanctū est, ut q̄ crucifigat, prius flagellis uerberet. Traditus est itaq; Iesus mi-

auferetur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudia uos. Manus enim uestre plene sunt sanguine. Optimam hereditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. **k** ¶ Tunc dimisit illis Barrabā, Iesum autē flagellatū tradidit eis ut crucifigeret.] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorū autor erat: dimissus est populo Iudæorū, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere nō potest. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Centurio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatū lauasse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatū tradidisse Iesum ut crucifigeret. Sed sciendum est Romanum eum legibus ministrasse, quibus sanctū est, ut q̄ crucifigat, prius flagellis uerberet. Traditus est itaq; Iesus mi-

A sus militib⁹ uerberadus, & illud sacratissimū corpus pe-
 ctusq³ dei capax, flagella secuerūt. Hoc aut factum est, ut
 q^a scriptum erat: Multa flagella peccatorū, illo flagellato
 nos à uerberibus liberaremur, dicente scriptura ad uirū
 iustum: Flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.

a ¶ Tūc milites prae-
 sidis &c.] Milites qui
 dem quia rex Iudae-
 rū fuerat appellatus,
 & hoc ei scribē & sa-
 cerdotes crimen obie-
 cerāt, quod sibi in po-
 pulo Israel usurparet
 imperium: illudentes
 hoc faciunt, ut nuda-
 tum pristinis uestib⁹
 induant chlamydem
 coccineam, p^o rufo lim-
 bo, quo reges ueteres
 utebantur: & pro dia-
 demate ponunt ei co-
 ronam spineam, pro
 scepro regali dāt ca-
 lamū, & adorant qua-
 si regem. Nos autem
 oīa haec intelligamus
 mystice. Quomodo
 enim Caiphas dixit:
 Oportet unū homi-
 nem mori pro omni-
 bus, nesci ns quid di-
 ceret: sic & isti quacū-
 que fecerūt, licet alia
 mente fecerint, tamen
 nobis qui credimus,
 sacramēta tribuerūt.

B In chlamyde coccine-
 a, opera gentium
 cruenta sustētat: in co-
 rona spinea, maledi-
 ctum soluit antiquū:
 in calamo, uenenata
 occidit animalia. Si-
 ue calamus tenebat
 in manu, ut sacrilegiū
 scriberet Iudaeorum. **b** ¶ Et expuentes in eum accepe-
 runt arundinem & percutiebant caput eius.] Eo tempo-
 re completum est: Non auerti faciem meam à confusio-
 ne sputorum, & tamen cum caput eius percutiant arun-
 dine, sustinet cuncta patienter, ut Esaiā uerum ostendat
 uaticinium, dicentis: Arundinem quassatam nō confrin-
 get. **c** ¶ Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chla-
 myde &c.] Quando flagellatur Iesus & conspuitur & ir-
 ridetur, non habet propria uestimenta, sed ea quae ppter
 nostra peccata sumpterat. Cum autem crucifigitur, & il-
 lusionis atque irrisiois pompa praeerierit, tunc pristi-
 nas uestes recipit, & propriū assumit ornatum, statimq³
 elementa turbantur, & creatori testimonium dat creatu-
 ra. **d** ¶ Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrene-
 um nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleretur
 crucem eius.] Ne quis putet huic loco Ioannis euange-
 listae historiam esse cōtrariam. Ille enim dixit exeuntem
 dominū de pratorio portasse crucem suam: Matthaeus
 autem refert quod inuenerunt hominem Cyreneum, no-
 mine Simonem, quem angariantes imposuerunt ei cru-
 cem Iesu. Sed hoc intelligendum est, quod egrediens de
 pratorio Iesus, ipse portauerit crucem suam: postea ob-
 uium habuerint Simonem, cui portandam crucem im-
 posuerint. Iuxta Anagogen uero, crucem Iesu suscipiunt
 nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam sal-
 uatoris. **e** ¶ Et uenerunt in locum qui dicitur Golga-
 tha, quod est caluariae locus.] Audiui quendam expo-

uisse caluariae locum in quo sepultus est Adam, & ideo
 sic appellatū esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum
 caput, & hoc esse quod Apostolus dicat: Surge qui dor-
 mis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Fauo-
 rabilis interpretatio, & mulcēs aurem populi, nec tamen

uera. Extra urbē em
 & foras portam, loca
 sunt in quibus trun-
 cantur capita damna-
 torum: & caluaria, id
 est decoloratū sum,
 psere nomen. Propte-
 rea autem ibi crucifi-
 xus est dominus, ut
 ubi pri⁹ erat area da-
 mnatorum, ibi erige-
 rentur uexilla marty-
 rij. Et quomodo pro
 nobis maledictū cru-
 cis factus est, & flagel-
 latus est, & crucifix⁹,
 sic pro omnium salu-
 te quasi noxius inter
 noxios crucifigeret.
 Sin autem quispiam
 contendere uoluerit,
 ideo ibi dominū cru-
 cifixū, ut sanguis ipsi-
 us super Adā tumu-
 lum distillaret: inter-
 rogemus eum, quare
 & alij latrones in eo-
 dē loco crucifixi sint.
 Ex quo apparet Cal-
 uariam nō sepulchrū
 primi hominis, sed lo-
 cū significare decolla-
 torum, ut ubi abunda-
 uit peccatum, super-
 abundaret gratia. A-
 dam uero sepultū iux-
 ta Hebrō & Arbee,
 i Iesu filij Naue uolu-
 mine legim⁹. **f** ¶ Et
 dederunt &c.] Deus

Ephc. 5. 4

n 329

1111

o 330

VI

p 331

I

q 332

I

r 333

1111

s 334

I

t 335

I

u 336

I

x 337

VI

Iosue. 14. d

y 338

II

Hierc. 2. d

Psal. 68. c

Psal. 21. d

loquitur ad Hierusalem: Ego te plātaui uineam ueram,
 quomodo facta es in amaritudinem uitae alienae: Ama-
 ra uitae, amarum uinū facit, quod propinat domino Ie-
 su, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in escam
 meam fel. & in siti mea potauerunt me aceto. Quod autē
 dicitur: Et cū gustasset noluit bibere: hoc indicat, quod
 gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed
 tertia die resurrexerit. **g** ¶ Postq³ autem &c.] Et hoc in
 eodem psalmo fuerat prophetatum: Diuiserunt sibi ue-
 stimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem.
h ¶ Et sedentes seruabant eum.] Diligentia militū & sa-
 cerdotum nobis profecit, ut maior & apertior resurgen-
 tis uirtus appareat. **i** ¶ Et imposuerunt super caput.]
 Nō possum digne admirari pro rei magnitudine, quod
 redemptis precio falsis testibus, & ad seditionem clamo-
 remq³ infelici populo cōcitato, nullam aliam inuenerint
 causam interfectionis eius, nisi quod rex Iudaeorū esset:
 Et illi forsitan illudentes ridentesq³ hoc fecerint. Caterū
 Pilatus etiam nolentibus respōdit: Quod scripsi scripsi.
 Velitis, nolitis Iudaei, omnis uobis gentiū turba respon-
 dit: Iesus rex Iudaeorū est: hoc est, imperator credentium
 & consentientium. **k** ¶ Tunc crucifixi sunt &c.] Si Gol-
 gatha tumulus est Adam, & non damnatorum locus, &
 ideo domin⁹ ibi crucifigitur, ut suscitetur Adam, duo latro-
 nes quare in loco isto eodē crucifigunt⁹. **l** ¶ Prætereun-
 tes autem &c.] Blasphemant, quia prætergrediebantur
 uiam, & in uero itinere scripturarum ambulare nolebāt.

Moueant

A Mouebant capita sua, quia iam antea mouerant pedes, & non stabant super petram. Idipsum autem insultas dicit fatuus populus, quod falsi testes confinxerant.

a ¶ Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. Etiam nolentes cōfitentur scribæ & pharisæi, quod alios

saluos fecerit. Itaque uos uestra cōdemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si uellet, seipsum saluare poterat.

z 339 b ¶ Descendat nunc de cruce, & credemus ei.] Fraudulēta pro-

d 340 missio. Quid est pl^o, de cruce adhuc descē-

II dere uidentem, an de sepulchro mortuum

b 341 resurgere? Resurrexit & non credidistis: Er-

VI go si etiā de cruce de-

c 342 scēderet, similiter nō crederetis. Sed mihi

II hoc uidentur damo-

d 343 nes immittere. Statim enim ut crucifix⁹ est

I dominus, senserūt uir-

II tutem crucis, & intel-

f 345 legerūt fractas esse ui-

X res suas, & hoc agunt ut de cruce descēdat:

sed domin⁹ sciens ad uersariorū insidias,

permanet in patibu-

lo, ut diabolus de-

struat. c ¶ Idipsum

autem & latrones qui crucifixi erāt cum eo, impropere-

bant ei.] Hic per tropū qui appellatur *synchysis* pro uno

latrone uterq; inducitur blasphemasse. Lucas uero asse-

rit, q; altero blasphemante, alter confessus sit, & contra-

rio increpauerit blasphemantem. Non quod discrepent euangelia, sed quod primum uterq; blasphemauerit: de-

hinc sole fugiente, terra commota, saxiq; disruptis, & in-

gruentibus tenebris, unus crediderit in Iesum, & priorē negationem sequenti confessione emendauerit. In duo-

bus latronibus, uterq; populus, & gentiliū & Iudæo-

rum primum dominū blasphemauit. Postea signorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & usque

hodie Iudæos increpat blasphemantes. d ¶ A sexta au-

tem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram us-

que ad horam nonam.] Qui scripserunt contra euange-

lia, suspicantur deliquiū solis, quod certis statutisq; tem-

scribis & senioribus, dicebāt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere: Si rex Israel est, descēdat nūc de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eū nūc si uult. Dixit enim, quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperebāt ei.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq; ad horā nonam. Et circā horā nonam clamauit Iesus uoce magna, dicēs: Eli, Eli lāma azabthani: Hoc est, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant:

Eliam uocat iste. Et cōtinuo currens unus ex eis accēptam spongiā impleuit aceto, & imposuit arūdini, & dabat ei bibere. Cæteri uero dicebant: Sine, uideamus an ueniat Elias liberans eum. Iesus autem iterū clamans uoce magna, emisit spiritū. Et ecce uelū templi scissum est in duas partes, à summo usq; ad deorsum. Et terra

mota est, & petræ scissæ sunt, & monumēta aperta sunt. Et multā corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis

persona Dauid siue Hester & Mardochei dicūt putant, cum etiā euangelistæ testimonia ex eo sumpta super saluatore intelligant. Ut est illud: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserūt sortem. Et aliud: Foderunt man⁹ meas & pedes meos. Ne mireris uerbo-

rum humilitatem & querimonias derelicti, cum formam seruī sciens, scādālū crucis uideas. f ¶ Quidam autem illic stantes &c.] Non omnes, sed quidā, quos arbitror milites fuisse Romanos, nō intelligentes sermonis Hebræici proprietatē, sed ex eo qd̄ dixit: Eli, Eli, putātes Eliam ab eo inuocatū. Sin autem Iudæos qui hoc dixerint intelligere uoluimus, & hoc more si bi solito faciūt, ut domini ibecillitatis infament, qui Eliā auxiliū deprecē. g ¶ Et cōtinuo &c.] Et hæc facta sunt ut completeretur prophetia: In finitima mea potauerūt me aceto. Vsq; hodie Iudæi & omnes increduli dominicæ resurrectionis, aceto & felle potant Iesum, & dant

ei uinum myrrhatum, ut eum cōsopiant, & mala eorum non uideat. h ¶ Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spiritum.] Diuinæ potestatis indicium est emittere spiritum, ut ipse quoq; dixerat: Nemo potest tollere animam meam à me, sed ego pono eam à meipso, & rursum accipiam eam. i ¶ Et uelū templi scissum est in duas partes, à summo usq; ad deorsum.] Velum templi scissum est, & omnia legis sacramenta quæ prius tegebantur prodita sunt, atq; ad gentium populum transierunt. In euāgelio cuius sæpe facimus mentionem, superliminare templi infinitæ magnitudinis fractum esse atque diuisum legimus. Iosephus quoq; refert uirtutes angelicas præfides quondam templi tunc pariter conclamasse: Transeamus ex his sedibus. k ¶ Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumēta aperta sunt.] Nulli dubium est quid significet iuxta literarū magnitudo signorum, ut crucifixum dominū suum & cœlum & terra & omnia demonstrarent. Sed mihi uidetur terramotus & reliqua typum ferre credētium, quod pristinis errorum uitis derelictis & cordis emollita duricia, qui prius similes erant tumulis mortuorum, postea agnouerint creatorem. l Et multa corpora &c.] Quomodo Lazarus mortuus resurrexit, sic & multa corpora sanctorū resurrexerunt, ut dominum ostenderēt resurgentē. Et tamen cum monumēta aperta sint, non antea resurrexerunt q̄ dominus resurgeret, ut esset primogenit⁹ resurrectionis ex mortuis. Sanctam autē ciuitatē in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierosolymā cœlestem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ ante sancta fuerat. Sicut & Matthæus appellatur publicanus, non q̄ & apostolus adhuc permaneat publicanus, sed q̄ pristinū uocabulū teneat. Sancta appellabatur ciuitas Hierusalē propter templū & sancta sanctorum, & ob distinctionē aliarum urbū, in quibus idola colebantur. Quando uero dicitur, apparuerunt multis, ostendit nō generalis fuisse resurrectio, quæ omnib⁹ appareret, sed specialis ad plurimos, ut hi uiderent qui cernere

Amos 8. c
Hiere. 15. b

A cernere merebantur. ^a ¶ Centurio autem &c.] In alio euangelio post terramotum manifestior causa miraculi Ceturionis exponitur: quod cum uideret eum spiritum dimisisse dixerit: Vere filius dei erat iste. Nullus enim habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille qui animam conditor est. Spi-

ritum autem in hoc loco pro anima intelligamus, seu quod spirituale & uitale corpus faciat: seu quod anima ipsius substantia spiritus sit, iuxta illud quod scriptum est: Auferes spiritum eorum & deficiet. Et hoc considerandum quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis uere dei filium confiteatur: & Arius in ecclesia praedicet creaturam. ^b ¶ Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae sequebantur Iesum a Galilaea ministrantes ei.] Consuetudinis Iudaeae fuit, nec ducebant in culpam more gentis antiquae, ut mulieres de substantia sua uictum atque uestitum praepreceptoribus ministrarent. Hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus abiicisse se memorat. Dicit enim ipse: Nunquid non habemus potestatem sorores mulieres circūducendi, sicut & ceteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua, ut meteret earum carnalia, cuius illae metebant spiritua-

1. Cor. 9. 4

lia. Non quod indigeret cibis dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, qui uictu atque uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed uideamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam a qua septem demonia eiecerat, & Mariam Iacobi & Ioseph matrem, materteram suam, sororem Mariae matris domini, & matrem filiorum Zebedae, quae paulo ante regnum liberis postulauerat, & alias quas in ceteris euangelis legimus. ^c ¶ Cum sero factum esset &c.] Diues refertur, non de iactantia scriptoris, quo uirum nobilem atque ditissimum referat Iesu fuisse discipulum, sed ut ostendat causam quare a Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatum praesidem Romanae potestatis accedere, & cruci-

Luc. 8. 4

fixi corpus impetrare. In alio euangelista Ioseph iste ^d uir appellatur, id est, consiliarius, & de ipso quidam putant primum psalmum esse compositum: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & reliqua. ^d ¶ Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda.] Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condegnatur, qui nec in tumultis quidem possunt carere diuitijs. Possumus autem iuxta intelligentiam spiritualem & hoc sentire, quod corpus domini non auro, gemmis & serico, sed linteamine puro obuoluendum sit, quanquam &

hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eum suscepit. ^e ¶ Et posuit illud in monumento &c.] In nouo ponitur monumento, ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus resurrexisse alius fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum,

Mariae uirginalē utrum demonstrare, saxumque ostio appositum, & saxum magnum, ostendere absque auxilio plurimorum sepulchrum non potuisse reuerari. ^f ¶ Erat autem ibi &c.] Ceteris relinquentibus dominum, mulieres in officio perseverant, expectantes quod promiserat Iesus, & ideo meruerunt primam uidere resurrectionem, quia qui per se ueruerit usque in finem, hic saluus erit. ^g ¶ Iube ergo &c.] Non suffecerat principibus sacerdotum & scribis ac pharisaeis crucifixisse dominum saluatorem, nisi sepulchrum custodiret, cohortem acciperent, si gnaret lapidem, & quantum in illis est, manum opponerent resurgenti, ut diligentia eorum nostrae fidei pliceret. Quanto enim amplius reseruatur, tanto magis resurrectionis uirtus ostenditur. Vnde & in monumento hodie quod excisum fuerat in petra, conditus est, ne si ex multis lapidibus edificatum esset, suffocis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Quod autem in sepulchro po-

g 346

II

b 347

VI

i 348

I

k 349

I

l 350

VI

m 351

X

D

a 352

I

Esa. 33. 2

multis. ^g Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terramotu & his quae fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. ^h Erant autem ibi mulieres multae a longe quae secutae fuerant Iesum a Galilaea ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedae. ⁱ Cum autem sero factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. ^k Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. ^l Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra sepulchrum. ^m Altera autem die quae est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisaei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Cap. XXVIII.

V Espere autem sabbati quae lucebat in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce terramotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de caelo, & accedens reuoluit

nendus esset, propheta testimonium est, dicentis: Hic habitabit in excisa spelunca petra fortissima. Statimque post duos uersiculos sequitur: Regem cum gloria uidebitis.

Cap. XXVIII.

V Espere autem &c.] Quod diuersa tempora istarum mulierum in euangelis describuntur, non mendacium signum est, ut impij obijciunt, sed sedula uisitationis officium, dum crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur a sepulchro domini diu abesse uel longius. ^b ¶ Et ecce terramotus &c.] Dominus noster unus atque idem filius dei & filius hominis, iuxta utraque naturam diuinitatis & carnis, nunc magnitudinis suae, nunc humilitatis signa demonstrat. Vnde & in praesenti loco, quando homo sit qui crucifixus est, qui sepultus est, qui clausus tumulo, quem lapis oppositus cohibet: tamen quae foris agunt, ostendunt filium dei, sol fugiens, tenebrae ingruentes, terra commota, uelut scissum, saxa dirupta, mortui suscitati, angelorum ministeria, quae ab initio natiuitatis eius deum probabant. Ad Mariam Gabriel uenit, cum Ioseph angelus loquitur: idem pastoribus nunciat, angelorum postea auditur chor, dicentium: gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Tentatur in solitudine, & post uictoria statim seruiunt angeli. Nunc quoque angelus uenit custodire

h nit custodire

A nit custos sepulchri dominici, & in uestitu cādidō signat gloriam triumphantis. Necnon ascendente ad cōelos domino, duo angeli in oliueti monte cernuntur, pollicentes apostolis secundū saluatoris aduentum. **4** ¶ Præ timore autē &c.] Custodes timore perterriti, instar mortuorum stupefacti iacēt, & tamē angelus non illos, sed mulieres cōsolatur: Nolite timere uos. Illi, inq̃r, timeāt: in his perseveret pa-uor, in quibus permanet incredulitas. Cæterū uos quia Iesum quæritis crucifixum, audite quod resurrexerit, & promissa per fecerit. **b** ¶ Venite & uidete ubi positus erat &c.] Vt si meis uerbis nō creditis, uacuo credatis sepulchro, & gradu cōcito pergite ac nūciate discipulis ei. **c** ¶ Quia surrexit &c.] Hoc ē, in uoluntariū gētium, ubi ante error erat & lubricum, & firmo ac stabili pede uestigiū nō ponebat. **d** ¶ Et exierūt &c.] Duplex mētes mulierum tenebat affectus, timoris & gaudij: alter de miraculi magnitudine, alter ex desiderio resurrectionis, & tamen uterque fœmineum cōcitabat gradum. Pergebant ad apostolos, ut per illos fidei seminarium spargeretur. **e** ¶ Et ecce Iesus occurrit illis &c.] Quæ sic quærebāt, quæ ita currebant, merebant obuiū habere dominum resurgentem, & primum audire: Aue te, ut maledictū Eua mulieris, in mulieribus subuerteretur. **f** ¶ Illæ autem accesserunt & tenuerūt pedes eius &c.] Istæ accedūt & tenent pedes eius, quia adorauerūt eum. Cæterū illa quæ quærebat uiuentem cum mortuis, & nesciebat adhuc filium dei surrexisse, merito audit: Ne tangas me, nondū enim ascendi ad patrē meū. **g** ¶ Tūc ait illis Iesus: Nolite timere.] Et i ueteri & in nouo testamēto hoc semper obseruandū est, q̃ quando augustinior aliqua apparuerit uisio, primum timor pellitur, ut sic mente placata possint quæ dicuntur audiri. **h** ¶ Ite nunciate fratribus meis &c.] His fratribus de quibus in alio loco dixit: Annūciabo nomē tuū fratribus meis, qui saluatorem nequaquā in iudæa cōspiciunt, sed in gentium multitudine. **i** ¶ Et congregati &c.] Custodes miraculum confitentur, ad urbem cōciti redeunt: nūciāt principibus sacerdotum quæ uiderint, quæ facta conspexerint. Illi qui debuerant conuertere ad pœnitentiā, & Iesum quærere resurgentē, perseverant in malicia, & pecuniam quæ ad usus templi data fuerat, uertunt in redemptionē

mendaciū, sicut antea triginta argenteos dederant iudæi proditori. Omnes igitur qui stipe templi, & his quæ conferuntur ad usus ecclesiæ abutuntur in alijs rebus, quibus suam expleāt uoluntatē: similes sunt scribarū & sacerdotum redimentium mendaciū, & saluatoris sanguinem;

k ¶ Undecim autē.] Post resurrectionē Iesus in monte Galilææ conspicitur, ibiq̃ adoratur, licet quidā dubitēt, & dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestius ostenditur Thomæ, & latus lācea uulneratum, & manus fixas demonstrat clauis. **l** ¶ Accedēs Iesus loquutus est eis dicens: Data est &c.] Illi potestas data est, q̃ paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. In cœlo autē & in terra potestas data ē, ut qui ante regnabat in cœlo, per fidē credentium regnet in terris. **m** ¶ Euntes autē docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.] Primū doceat omnes gētes, deinde doctas intingūt aqua. Non enim potest fieri ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit ueritatem. Baptizantur autem in nomine patris & filij & spiritus sancti, ut quorū una est diuinitas, una sit largitio: nomenq̃ trinitatis, unus deus est. **n** ¶ Docentes eos seruare omnia quæcūque mandauī uobis.] Ordo præcipuū: Ius sit apostolis ut primū docerēt uniuersas gētes, deinde fidei intingerent sacramento: & post fidem ac baptismum quæ essent obseruanda præciperent. Ac ne putemus leuia esse quæ iussa sunt & pauca, addidit: Omnia quæcūque mandauī uobis. Vt quicūque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciāt quæ præcepta sunt. **o** ¶ Et ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi.] Qui usque ad consummationem seculi cum discipulis se futurum esse promittit, & illos ostendit semper esse uicturos, & se nunquā a creditibus recessurum. Qui autem usque ad consummationem mundi sui præsentiam pollicetur, non ignorat eam diem in qua se scit futurum cum apostolis.

Diuo

Commentariorum Hieronymi in
Matthæum, finis.